eſſentia generať. Contra Mgr̄ in littera Rñſio
In iſta q̄ſtione errauit abbas Joachim
vt habeť extra đ trini. ꝛ fide catho. Da-
mnamꝰ ꝛc. Dicit eñi magiſtrū Petꝝ eſſe Error
hereticū. qꝛ dicit rē eſſe in diuis q̄ nec p- Joachī
ducit nec pduciť. Ex h̄ eñi videť ipi Jo- abbatꝭ.
achim ꝙ mgr̄ poneret q̄ternitatē in diui
nis: ponēdo. ſ. rem generātē: rē genitā: rē
ſpiratāȝ: et rem q̄ nec pducit nec pduciť.
Ad qđ incōueniens vitandū ponit Jo-

achim ꝙ nulla vna res eſt pater et filius et ſpũſſanctus. ſed tm̄ dicit tres ꝑſonas eſſe vnam rem. ſicut multi fideles dicunt eſſe vna eccleſia ꝓpter vnã charitatẽ. Et iſtud ꝓbat ꝑ illud ſaluatoris in Johãne orantis patrẽ ꝓ fidelibꝫ ſuis: vt ſint vnũ (inquit) ſicut ⁊ nos. Ex quo infert ꝙ cũ fideles nõ ſint vnum vnitate nature. igiť nec filius vna res cũ patre. Iſtud dictũ Joachim eſt hereticũ. ſ. ꝙ pater ⁊ filiꝰ et ſpũſſanctus non ſunt aliqua vna res. qa ſicut arguiť ca. ꝑallegato: pater gignẽdo dedit eſſentiã filio. nullã eñ aliã potuit dare q̃ filius eſſet deus. et ſimili ratione ambo dederũt eſſentiã ſuã ſpũiſctõ. Nõ eñ erat iſta cõicatio partis eſſentie. quia eſſentia eſt ſimplex ⁊ indiuiſibilis. ſꝫ totiꝰ eſſentie. igiť tota eadem eſſentia q̃ eſt in patre eſt in filio ⁊ ſpũſctõ. et ꝓpter ſimplicitatẽ diuinã quelibet ꝑſona ẽ illa res: et tres ꝑſone ſunt illa res. Qꝫ autẽ arguit de euangelio ſoluiť ibi. Nã ſaluator intelligit ĩ oratiõe ſua ꝙ fideles ſint vnũ vnitate ſibi ꝓportionabili: ſicut pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſctũs ſunt vnũ vnitate ꝓportionabili. hoc eſt: ſicut pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus ſunt vnũ vnitate charitatꝫ q̃ eſt natura eoꝝ: ita ⁊ fideles ſint vnũ vnitate participata. Et iſta expoſitio ꝓbať ibi per ſimile dictũ ſaluatoris Matth. v. dicentis diſcipulis ſuis. Eſtote ꝑfecti ſicut pater veſter celeſtꝭ ꝑfectus eſt. ſ. eſſentiali bonitate. vbi nõ monuit ꝙ ſimus ex nobis ꝑfecti naturaliter ſicut pater eſt et ſe naturaliter ꝑfectus. ſed vt eſſemꝰ ꝑfecti ꝑfectione nobis cõpetẽte. ſ. gr̃e et ꝟtutis. Ad hoc aũt ꝙ Joachim dicit magiſtrũ eſſe hereticũ: cõtradicit ſibi papa ca. ꝑallegato. Nos aũt ſacro approbante conſilio credimus ⁊ confitemur cũ Petro. ſ. ꝙ vna ſumma res eſt eſſentia vel natura diuina q̃ nec generat nec generať. nec tñ ſeqtur ꝙ ſit qternitas. quia ille tres res pater ⁊ filius et ſpũſſctũs ſunt illa vna res. Quaternitas aũt eſſe nõ poſſet: niſi eſſet q̃rtũ realiť diſtinctũ a tribꝫ.

Confirmatio conclu. eccl.

Pro hac concluſione ſic ſolẽniter autoritate vniuerſaľ eccleſie approbata Arguiť ſic. Si eſſentia generaret vel generareť: tunc a ſeipſa diſtingueretť et ad ſe realiter refferetť. cõſequens eſt falſum: vt patꝫ euidẽter. ꝓbať ꝯña. qꝛ generans realiter referť ad genitũ: ⁊ ab ipo realiter diſtinguiť. Nulla eñ res ſeipſam gignit ſm̃ Aug. j. de tri. Ad hoc adducať ꝙ in creaturꝭ forma nõ generat nec generať: ſed cõpoſitũ. deitas autẽ ſe habet q̃ſi forma in ꝑſona. Et ſi q̃rať quare nõ põt hec eſſe vera: eſſentia generat: vt eſſentia ſumať ꝓ ꝑſona. ſicut iſta ẽ vera: deꝰ generat deũ. in q̃ deꝰ ſumiť pro patre. et tñ nõ diſtinguiť a ſe. Rñdeo ꝙ deus eſt cõcretũ qd̓ poteſt ſupponere pro natura vel ꝓ ſuppoſito. eſſentia autẽ eſt abſtractũ vltimata abſtractiõe. ⁊ ideo nõ põt ſupponere ꝓ ſuppoſito: ſed tm̄ ꝓ natura. Pro q̃ notandũ ꝙ cõcretũ in generibꝫ accidentiũ cõcernit ſubiectũ cũ accidente: vt albũ. Abſtractũ ꝟo importat ſolũ accidens: vt albedo. Cõcretũ ꝟo in genere ſubſtantie importat naturã cum ſuppoſito: vt homo. abſtractũ ꝟo tm̄ naturam: vt humanitas. Item notandũ ꝙ licet vniuerſale abſtrahat a ſingulari ⁊ ſuꝑius ab inferiori inqꝫtũ in rõne ſuꝑioris non includiť inferius. ſuꝑiora tñ non ſunt abſtracta vltimata abſtractõe: qꝛ cõcernũt ſua ſuppoſita vel indiuidua: cum poſſint ſupponere ꝓ ipſis ⁊ de ipſis ꝑdicari: vt albedo de hac albedine: ⁊ homo de ſorte. Vltimata igiť ⁊ ꝑfectiſſima abſtractio eſt q̇ditatis abſtractiſſime ſũpte ab oĩ eo qd̓ eſt extra rationẽ q̇ditatis: vt eq̇nitas eſt tm̄ eq̇nitas. qa ꝑ ſe includit naturã: nõ cõcernẽdo ſuppoſitũ: et hoc in ſubſtantijs: quã circũloqmur in accidentibus q̇ditatẽ albedinis vel nigredinis abſtrahẽdo ab hac albedine. Illa nõ cõcernit ſubiectũ nec indiuiduũ eiuſdem nature vel alteriꝰ. In relationibꝫ aũt q̄ plura cõcernũt poſſũt eſſe plures abſtractiones. cõcernit eñ relatio ſuũ ꝓpriũ indiuiduũ: fundamẽtũ: ⁊ ſubiectũ. et licet abſtrahať a poſteriori: nõ tñ a priori. Exemplũ hoc concretũ qd̓ eſt cauſa dicať de igne q̃ generat calorẽ in ligno. ſed abſtrahendo a ſubiecto remanet adhuc cõcretio ad fũdamẽtũ: puta ſi dicať potẽtia cauſandi. calor eñ eſt potẽtia cauſandi calorẽ. nõ aũt ignis. põt itaqꝫ fieri vlterior abſtractio a ꝓprio fũdamẽto: puta ſi dicať cauſalitas:

tunc em̄ nec ignis nec calor recipit p̄dica
tionē iſtoꝝ. tn̄ adhuc iſta eſt vera: cauſali
tas eſt cauſalitas. vltima v̄o abſtractio ē
ſicut in ſubſtātijs: ꝑ hoc ꝙ dicimus ꝗdi
tas cauſalitatꝭ. ꝛ hec de nullo alio p̄dicatꝛ

Ad ar. Ad argumēta. Ad p̄mū dico ꝙ ſapi
entia nata ſumitꝛ ibi ꝓ ſuppoſito filij. Nō
ſic aūt dicatꝛ eſſentia nata: ſicͦ ſapientia na
ta. qꝛ ſapientia ꝗdāmodo deſignat origi
nē filij eoꝙ ꝓcedit ꝑ modū intellectus. et
ideo nomē ſapiētie ſibi appropatꝛ. Quō
aūt di. Aug. aliqñ filiū eſſe eſſentiam de
eſſentia: declarabitꝛ in ſequenti q̄ſtione.

Ad Ri chard. Ad Rich. Negandus eſt. qꝛ tenendū
eſt cū magiſtro qui habet ꝓ ſe autoritatē
vniuerſalis eccl'ie. ca. p̄allegato q̄ eſt ma
xima. de q̄ Aug. in libello cōtra epiſtolā
Fundati. Nō crederē euāgelio niſi eccl'ie
catholice crederē. que ꝗdem determina
uit q̄ libri habēdi ſunt autētici in canone
biblie. Autoritates autē ſctōꝝ q̄s addu
cit cōtra ſe: bn̄ exponit: vt patebit q̄ſtione
ſequēti.

Ad. iij. Ad rōnem illā de cōmunicare
dico: ꝙ generās habet vnā habitudinē
ad formā que eſt formalis termi⁹. et aliā
ad cōpoſitū qd̄ eſt termi⁹ p̄mus ſeu ade
quat⁹ (ex. vij. metaph.) vbi dꝛ ꝙ compo
ſitū p̄mo generatꝛ. In creaturꝭ aūt vtra
ꝗ habitudo realis ē. qꝛ vtraꝗ habet ter
minos realiter diſtinctos: et realis depē
dentia eſt vtriuſꝗ ꝓducti ad producēs.
In ꝓpoſito aūt ꝓducēs ad p̄mū ꝓductū
habet relationē realē. quia diſtinctionē
realē ꝛ realē originē. ad terminū aūt for
malē in ꝓducto nō habet relatiōē realē.
qꝛ nō diſtinctionē realē ſine qua non eſt
relatio realis. Producere igitꝛ in diuinis
dicit relationē realē. cōmunicare aūt dicit
relationē rōnis cōcomitantē illā realem.
Cōmunicare itaꝗ ꝛ cōmunicari ſunt re
lationes rationis neceſſario comitantes
aliquas relatiōes reales oppoſitas. ſ. ꝓ
ducere et ꝓduci.

Ad. iiij. Ad aliud dico ꝙ illa:
eſſentia eſt pater: pōt diſtingui. quia pa
ter poteſt ſumi adiectiue vel ſubſtantiue
Primo mō ſignificat ꝓprietatē denoia
tiue. et ſic dicit magiſter diſt. xxvij. ꝙ idē
eſt patrē eſſe et genuiſſe. et ſic illa: eſſentia
eſt pater: eſt falſa. quia ſignificat p̄dicatū
et formaliter ſeu denoiatiue predicari de
ſubiecto. Secundo modo pater ſignifi
cat ꝑſonam cuius eſt paternitas. et ſic il
la ꝓpoſitio eſt vera ꝑ idētitatem. hoc em̄
modo poſſunt p̄dicari ſubſtantiua. Ad
iectiua em̄ cū ſignent formā ꝑ modū in
formātꝭ de nullo vere dicuntꝛ: niſi ad qd̄
ſe habent ꝑ modū informātis. et ideo nō
poſſunt p̄dicari niſi formaliter. Et tunc
conſeq̄ntia non valet. Ad ꝓbationem
De q̄cunꝗ p̄dicatur ſubiectum: et ei⁹ ꝓ
pria paſſio. cōcedo: quādo eſt predicatio
eiuſdem rōnis. hoc aūt non eſt in ꝓpoſi
to. q̄a ſubiectū verificatꝛ de eſſentia iden
tice. paſſio aūt non. quia cum ſit adiecti
uum non poteſt predicari niſi formaliter
Ubi notādū ꝙ p̄dicatio formalis ſumitꝛ
dupliciter. Uno modo quādo p̄dicatur
eſt de diffinitiōe ꝗditatiua ſeu ratiōe for
mali ſubiecti. et ſic ſumitꝛ q̄ſtiōe p̄cedēti.
Alio modo ſumitꝛ pro p̄dicatione deno
minatiua in q̄ predicatū deſignat formā
denominantē ſubiectū. et ſic ſumitꝛ in ꝓ
poſito.

Ad. v. Ad aliud cum dicatꝛ ꝙ eſſentia
eſt pater filij: dico ſimiliter ꝙ illa eſt vera
ſubſtantiue ꝛ nō adiectiue. et tunc non ſe
quitꝛ: ergo filius eſt filius eſſentie. Et cū
ꝓbatur ꝙ in relatiuis eſt mutua cōſeq̄n
tia: cōcedo in his que denominantꝛ for
maliter ab ipſis relatiōibꝫ. vt ſi ſortes eſt
pater platonis. ergo plato eſt filius ſortꝭ
In his aūt in quibus relatio tm̄ predi
catꝛ per identitatem non valet illa conſe
quentia. quia in conſequēte plus ſignifi
catꝛ ꝗ̄ in antecedente: vt in ꝓpoſito. In il
la em̄: eſſentia eſt pater filij: ſignificatꝛ re
latio paternitatis tm̄ cōuenire eſſentie ꝑ
identitatem. In illa v̄o: filius eſt fili⁹ eſ
ſentie: ſignificatꝛ relatio paternitatis for
maliter conuenire eſſentie. eſt em̄ ſenſus
eius ꝙ eſſentia generat filium: qd̄ eſt fal
ſum.

Ad. vj. Ad vltimū di. ꝙ ſi aliq̄d ſumatꝛ
p̄aſe ꝓ eſſentia: ꝙ genitum inḡtū geni
tum nec eſt aliquid: nec nihil. Inter con
tradictoria em̄ bñ eſt mediū: cū inḡtū et
cum ꝑ ſe. hō em̄ inḡtū hō nec eſt albus:
nec nō albus. hūanitas em̄ nō eſt rō p̄ca
ſa eſſendi albū vel n̄ albū. ſi aūt aliq̄d exte
datꝛ ad relatōē: tūc genitū inḡtū genitū
ē aliq̄d. qꝛ ē ſuppoſitū ꝯſtitutū ꝑ relatōē
origis. ꝛ tūc mior ē falſa. Notādū ꝙ licet

dictū abbatis Joachim fuerit hereticū: ipſe tñ nõ fuit hereticꝰ, q: hoc ptinaciter defendere noluit. ſed oẽs libros ſuos dimiſit ſm iudiciū eccleſie corrigendos: vt dicit Scotus. v. diſt. q̃rti.

q̃ſtio. ij. Secūdo quero vtrum filius generet de ſubſtãtia patris. Q nõ. Aug'. vij. de tri. Tres pſonas ex eadē ſubſtantia nõ dicimus. ſubſtantia aūt vniformiter videt ſe habere ad quãlibet pſonã. igit nulla pſona eſt de illa ſubſtantia. Itē cõſtructio

Rñſio alicuius cum genitiuo nõ notat maiorez diſtinctionez cõſtructibiliū q̃ prepoſitio cū ſuo caſuali qñ addit eidem cõſtructibili. Igit nõ maior diſtinctio notat h: filius eſſentie patr: q̃ filiꝰ de eſſentia patris. ſed nõ cõcedit q ſit filiꝰ eſſentie patris. q: tunc eſſentia generaret. In oppoſitū Aug. ꝯtra Maximū. Nullo mõ verū filiū dei cognoſcatis: ſi hunc de ſubſtãtia patris eſſe negat. In iſta q̃ſtiõe dicit q ſicut ſubſtãtia creata generabili eſt aliq̃d potẽtiale qd̃ pſupponit generatiõi vt materia. et aliq̃d inductū p generationem vt forma. et ex eis eſt pductū qd̃ eſt generatū: ita pportionabiliter correſpondent q̃ſi tria ſimilia in diuinis. pſona qppe eſt q̃ſi cõpoſitū: et relatio q̃ſi forma: et eſſentia quaſi materia. igit filius eſt genitus de ſubſtantia patris ſicut q̃ſi de materia. Iſtud pbat p rõnez Aug. ꝯ Maximū. filiꝰ eñ nullo mõ eſt de nihilo. nec negãdo: vt aliqs dr loq de nihilo qñ nõ loquit de aliq re. nec affirmando ly de: vt ſit nota materialitat. q: nihil nõ põt eſſe materia alicuꝰ. Nec affirmãdo ly de ordinaliter. i. poſt nihil. igit eſt de aliq. ſz nõ de alio q̃ de ſubſtãtia patr: vt patz. igit ſubſtãtia patris eſt q̃ſi materia eius.

Goffridus q̃d libet. ix. Huic opinioni addit ab aliis q eſſentia diuia dicit generari ſubiectiue. qd̃ ſic pbat. Iſtud vere dr generari ſubiectiue ſi ue eſſe ſubiectū generationis: qd̃ manet idem ſub vtroq termino generatõis. eſſentia aūt diuina manet eadē in patre et filio: igit ipſa eſt ſubiectū generationis.

Preterea oi potentie actiue correſpondet aliq potentia q̃ſi paſſiua, de q̃ poſſit pducere. ſed in deo patre eſt potẽtia actiua ad pducere. ſ. fecūditas ipſa. ergo ſibi correſpõdet aliq̃ potentia paſſiua vel q̃ſi paſſiua que nõ eſt niſi natura diuina.

Ultimo. Si ignis generaret ignē de ſua ſubſtantia: adhuc ſubſtãtia ignis generantis eſſet in potẽtia ad formã ignis generandi. ſicut modo eſt materia aliena de q̃ generat. ergo in ppoſito eſſentia patris de q̃ generat eſt q̃ſi materia reſpectu generationis. Contra iſtã opinionem arguit ſic. Eſſentia eſt terminꝰ formalis pductiõis. g̃ nõ q̃ſi materia. Cõſeq̃ntia patet. q: illud qd̃ eſt materia in generatione eſt in potẽtia ad terminū formalem. et qd̃ eſt quaſi materia: eſt q̃ſi in potẽtia. eſſentia uo nec vere: nec q̃ſi eſt in potentia ad ſeipſam. Antecedens uo pbatur Joh. x. Pater qd̃ dedit mihi maius oibus eſt. Maiꝰ aūt oibus non eſt niſi aliquid infinitū: hoc nõ eſt niſi eſſentia: illã ergo dedit. Hoc etiã vult Aug. iij. de trini. Sicut naturã pſtat filio ſine initio generatio: ita etiã ſpũſſcūs pſtat eſſentiã ſine initio ſpũſſancti pceſſio. Nūc aūt nõ cõcedit formã aliquã dari vel cõicari per generationē: niſi illa forma cõicata ſit formalis termiꝰ pductiõis. Itē Si eſſentia nõ eſſet formalis terminꝰ generatõis tunc iſta generatio nõ eſſet vniuoca. quia terminꝰ formalis nõ eſſet ratio cõuenientie generant et geniti. Itē Si formalis terminꝰ huiꝰ pductiõis nõ eſſet eſſentia ſed relatio: tunc iſta pductio nõ eſſet generatio: ſed mutatio ad relationē. Patet ꝯña ex. v. Phyſic. vbi pductio ponit in genere ex termino formali: ſicut alteratio in genere q̃litat. Preterea potẽtia creatiua p ſe ſine aliq̃ pncipio materiali creat. ergo potẽtia pma pductiua ſe ſola ſine aliq̃ materiali vl quaſi materiali producit. pbat ꝯſeq̃ntia. quia ſimilis ratio videt de pncipio pductiuo et creatiuo. Uñ ſi poneret aliq̃d pncipiū materiale vel q̃ſi materiale: nõ eſſet inꝑtum tale ſumme pfectionis. Tenẽdo igit cū doctoribus antiqs qui oẽs a tpe Auguſtini vſq ad iſtud nõ ſunt auſi in diuinis noiare materiã vel q̃ſi materiã (cū tñ oẽs ꝯcordãt dixerint cum Auguſtino q filiꝰ generat

Prima impugnatio ꝯ dictã opi.

Opio Scoti

de ſubſtantia patris) dico ꝙ filius nō ge
neratᷣ de eſſentia patris ſicut de materia
vel q̄ſi materia. Et hoc pōt ſic declarari.
Generatio in creaturiſ duo dicit: mutati/
onē ⁊ ꝓductionē. ⁊ iſtoꝝ formales ratio/
nes alie ſunt: et ſine ꝯtradictione ſepabi/
les ab inuicē. Productio eñ eſt formalitᷣ
ipſius ꝓducti qḋ eſt compoſitū. vij. me/
taph. et accidit ſibi ꝙ fiat cū mutatiōe ali/
cui⁹ partiſ cōpoſiti: vt patet in creatione.
Mutatio aūt formalr eſt ipſi⁹ mutabi/
lis qḋ de ꝑuatione tranſit ad formam.
Q₂ aūt iſta poſſint ab inuicē ſepari in
creatiōe. vbi ꝓpter ꝑfectionē potētie ꝓdu
ctiue ponētiſ ꝑmo in eſſe totū eſt vere rō
ꝓductiōis inq̄ꝫtū ꝑ eā termin⁹ ꝓductus
accipit eſſe. ſed ñ eſt rō mutatiōis inq̄ꝫtū
mutatio dicit aliq̄d ſubſtratum aliter ſe
habere nūc q̄ꝫ pri⁹ (ex. vj. phyſic.) In cre
atione eñ nō eſt aliq̄d ſubſtratuꝫ. Ad
ꝓpoſitū Cū in diuinis nihil ſit ponēduꝫ
impꝫfectiōis: et mutatio de rōne ſui dicat
impꝫfectionē: nullo mō ponereᷣ ibi gene/
ratio ſub rōne mutationis nec q̄ſi muta/
tionis: ſed tm̄ generatio vt eſt ꝓductio ꝑ
fecta inq̄ꝫtū. ſ. aliq̄d ꝑ eam capit eſſe. Et
ideo generatiōi vt eſt in diuinis nō aſſi/
gnabitᷣ materia nec q̄ſi maťia: ſed tm̄ ter
minus: et hoc vł totalis ſiue ꝑm⁹. i. ade/
quat⁹: vel termin⁹ formalis ſm quē ter/
minus ꝑm⁹ formalr accipit eſſe. Se/
cundo dico: ꝙ negata oī materialitate vł
q̄ſi materialitate: vere tñ et ꝓprie fili⁹ eſt
de ſuba patriſ: ſicut dicūt autoritates ad/
ducte in littera. Ubi ꝑ de: non notatᷣ tm̄
efficiētia vel originatio. ſi eñ tm̄ efficien/
tia: tūc creature eſſent de ſuba dei. nec no
tatᷣ ꝑ illud de: tm̄ ſubſtantialitas. q᷑ tunc
pater eſſet de ſuba filij. ſed notatᷣ ſimł ori
ginatio vel ꝑncipiū originās et cōſubſtā
tialitas: vt. ſ. i caſuali hui⁹ ꝑpoſitiōis de:
noteᷣ cōſubſtantialitas: et ꝑ illud qḋ cō/
ſtruitᷣ cū iſto caſuali noteᷣ ꝑncipiū origi/
nans. ita ꝙ totalis intellect⁹ hui⁹ ſermo/
nis: filius eſt de ſubſtantia patriſ. eſt iſte:
filius eſt originat⁹ a patre ⁊ vt cōſubſtā/
tialis ei. Et mō iſto exponit mgr̄ autori/
Primū tates in lr̄a adductas. Circa tñ predi
dubiū cta oriunᷣ quedā dubia. Primū dubiū
eſt: q̄liter ꝑſona diuina erit vna: niſi eſſen
tia ſe habeat vt potētia. relatio ꝟo vt a/
ctus: cum vnitas diſtinctoꝝ nō ſit niſi ꝑ
rōneꝫ act⁹ ⁊ potētie. vij. metaph. Rñdeo
ꝙ Ariſt. loq̄tur ibi de vnitate cōpoſiti q̄
habet eſſe ex rōne act⁹ ⁊ potētie. In diui/
nis aūt nulla eſt cōpoſitio. Infinituꝫ eñ
nō eſt cōponibile. q᷑ ſi eſſet compombile:
tūc poſſet excedi. q᷑ oē cōponibile pōt eē
pars. totū aūt eſt mai⁹ ſua pte. Non eſſet
autē oīno incōponibile ad aliqḋ q̄d pōt
eſſe cū eodē ſuppoſito: ſi nō eſſet oīno idē
ſibi. q᷑ tūc eſſet ibi aliq̄ cōpoſitio. Infini
tū igitᷣ identificat ſibi q̄cq̄d pōt eſſe cū eo
in eodē ſuppoſito. ſtat ꝰ vnitas ꝑſone di
uine: licet eſſentia ⁊ relatio non ſe habeat
vt potētia ⁊ act⁹. q᷑ ꝓpter infinitatē eſſen
tie q̄cquid pōt eſſe cum ea eſt ꝑfectiſſime
idē ſibi. et ſic ex eſſentia ⁊ relatiōe eſt ꝑſo/
na q̄ eſt ſimpliciſſima Cū illa tñ identita
te ſimplicitatiſ ſtat nō identitas formalis
vt dictū eſt di. ij. Infinitas eñ non tollit
rōnes formales quin hec formalitᷣ nō ſit
iſta. Et notandū ꝙ q̄ditatiſ create ⁊ eſſen
tie diuie eſt ſīilitudo et diſſimilitudo. ſīli/
tudo q̄dē. q᷑ ſicut q̄ditas creata puta hu
manitas eſt q̄ aliq̄d eſt ens q̄ditatiue: ſic
deitas eſt q̄ de⁹ eſt deus: et q̄ ꝑſona ē de
us. Itē Sicut q̄ditas ē ꝑfectior act⁹ dif/
ferētia indiuiduali: ſic deitas eſt formalr
infinita. relatio aūt ñ: ſed tm̄ idētice. Eſt
aūt diſſīilitudo. q᷑ q̄ditas creata eſt impꝫ
fecte actualitatis: et ideo eſt diuiſibił per
differētiā ſeu ꝓprietatē indiuidualē ipam
ꝯtrahētē: a q̄ recipit aliquā actualitatem
ſiue vnitatē. ſiue indiuiſibilitatē quā ha/
bet in indiuiduo: ita ꝙ cōtrahēs eſt aliq̄
modo formale reſpectu nature: ⁊ natura
eſt aliq̄ modo potētialis reſpectu iſtius.
Ipſa aūt deitas ꝑ relationē ſiue ꝓprieta/
tē ꝑſonalē nō determiatᷣ: nec aliq̄ modo
actuatᷣ. q᷑ hoc erat impꝫfectionis ⁊ poten/
tialitatis in natura creata. deitas ꝟo cuꝫ
de ſe ſit hec: ſicut de ſe habet vltimā vni/
tatē: ita ⁊ actualitatē. Eſt igitᷣ ꝓprietas ꝑ
ſonalis ita ꝓprius actus ꝑſone ꝙ tñ non
eſt actus ipſius nature diuine aliq̄ mō ꝑ
ficiens vel informans eam. Et ſi que/
ras: quomō iſti duo actus cōcurrere poſ
ſunt ad conſtitutionē ꝑſone: niſi vnuꝫ ſit
in alio. Concedo vnum eſſe in alio: vt re/

latio eſt in ſuo fundamēto ſiue in radice. ſed hoc non eſt vt actus in potētia: ſed vt identice contentū in pelago infinito. Eſt aūt relatio actus pſonalis: quia pſonalit̄ diſtinguens. eſſentia ꝟo actus q̄ditatiuꝰ et q̄ditatiue diſtinguens. Et notandū ꝙ generatio actiua ꝛ paternitas ſunt eadeꝫ ex natura rei relatio: rōne tñ differētes ꝑ compationē ad generatiōeꝫ in creaturis que eſt ſemis deciſio: et paternitatē que eſt habere correlatiuū coexiſtens. non ſic in deo vbi nō eſt diſpoſitio p̄uia: ſed cō‑pleta generatio ꝛ ꝑmanēs. Eſt ꝗꝫ pater‑nitas in eſſentia ſicut relatio in fundamē‑to: vel ſicut ꝓprietas pſonalis in natura.

Scđm dubiū Scđm dubiū eſt quomō eſſentia po‑teſt eſſe fundamentū iſtarū relationū q̄n ſit materia earū: cum de rōne fundamēti ſit eſſe potētiale ꝛ pfectibile. Rñō. In cre‑aturis ordo generatiōis et pfectōis ſunt cōtrarij: ſicut patet. ix. metaph ꝙ illa ſunt priora generatione q̄ ſunt poſteriora pfe‑ctione. cuiꝰ ratio eſt. quia creature proce‑dunt de potentia ad actū: et de impfecto ad pfectū. ſed eundo ad ſimplicit̄ primū: oportet ꝙ idem ſit primū ꝛ origine ꝛ pfe‑ctione. q: ad ipm reducit̄ totus ordo ge‑nerationis. et ſic in diuinis ſimul debent intelligi cōcurrere ordo generatiōis ꝛ or‑do pfectiōis. Sicut igit̄ ſi in creaturꝭ cō‑currerent iſti duo ordines ſp vniformit̄: nō q̄reremꝰ ꝑmo materiā q̄ ſubſtaret for‑me: ꝛ ſcđo formā. ſed q̄reremus ꝑmo for‑mā que nata eſſet dare actū materie: ꝛ ſe‑cundo q̄reremus materiā que nata eſſet recipe eſſe ꝑ formā vel ſuppoſitū qđ na‑tū eſſet exiſtere ꝑ illam: Ita in diuis inci‑piēdo a primo ſigno nature dino primo occurrit eſſentia diuia: vt eſt eſſe ex ſe. qđ non competit alicui nature create. q̄ nul‑la natura creata habet eſſe priꝰ naturalit̄ ꝙ i ſuppoſito. Iſta aūt eſſentia ſm Au‑guſt. vij. de trini. eſt qua pater eſt et qua filius eſt: licꝫ nō ſit quo pater eſt pater: et filius eſt filius. Iſti igit̄ eſſentie abſtra‑ctiſſime conſiderate vt prior oibꝰ pſonis cōuenit eſſe ex ſe. et ideo in iſto primo oc‑currit: nō vt quid receptiuū alicuius pfe‑ctionis: ſed vt infinita pfectio: potens q̄‑dē in ſecundo ſigno nature cōicari alicui: non vt forma informans cōmunicat̄ ma‑terie: ſed vt q̄ditas cōmunicat̄ ſuppoſito tanꝙ formaliter exiſtēti ꝑ eam. et ita pul‑lulant ſeu emanāt relationes ex ea ꝛ pſo‑ne in ea: nō quaſi q̄dā forme dantes eſſe ſibi: vel quaſi q̄daꝫ ſuppoſita in quibꝰ re‑cipiat eſſe: ſed quibꝰ ſuppoſitis ipſa dat eſſe: vt quo format̄ illa ſuppoſita ſunt et quo ſunt deus. Scđm ꝗꝫ Sco. v. q̄dli. ab ipſa eſſentia que eſt q̄dd̄ā pelagus in‑finitum ꝟtualiter omnia intrinſeca conti‑nens: prius emanāt eſſentialia que nō di‑cunt reſpectū ad extra ꝙ relationes pſo‑nales. Eſt igit̄ eſſentia fundamentū rela‑tionū: nō quaſi potentiale recipiēs iſtas: ſed fundamētū q̄ſi per modū forme vt q̄ relatio fundata in ea ſimpliciter eſt deꝰ.

Tertiū dubiū Tertiū dubiū eſt: quomō eſſentia cō‑municat̄ pſonis vt terminꝰ formalis ꝓdu‑ctiōis ipſaꝝ: cum eſſentia nō p̄ſupponat relatiōes: ſed relationes pſonales p̄ſup‑ponūt eſſentiā. Reſpōdeo ꝙ cōmunica‑tū in hac ꝓductione nō p̄ſupponit illud cui cōmunicet̄. q: iſta cōmunicatio nō eſt alicui iā exiſtenti: vt in alteratione. ſed eſt alicui vt ſimpliciter ſit. et ideo natura nō cōicat̄ ante ꝓductionem ſuppoſiti. Ad argumenta pro oppo. Ad ꝑmū Conce‑do ꝙ filius nō eſt de nihilo: ſed de aliq̄. ſ. de ſubſtātia patris. ſed ex hoc nō ſequit̄ ꝙ eſſentia ſe habeat vt mat̄ia. q: vt ex p̄‑dictꝭ patet ly de dicit conſubſtantialita‑tē ꝛ origineꝫ. Ad ſecundū cum dicit̄ ꝙ illud eſt ſubiectum generatōis qđ manet idem ſub vtroqꝫ termino Rñō: ꝙ illud eſt verum in creaturis in quibꝰ ponit̄ ge‑neratio ſub ratione mutatiōis cuiꝰ termi‑ni ſunt priuatio ꝛ forma. In ꝓpoſito aūt nō ſunt termini correſpōdentes genera‑tioni vt mutatio eſt. q: nihil eſt quaſi ali‑q̄ modo ꝑus ſub ꝑuatione: et poſtea ſub forma. vnde nō ponit̄ h̄ generatio ſub ra‑tione mutatōis: ſed ꝓductionis: vt dictū eſt. Ad tertiū cum dicit̄ ꝙ omni poten‑tie actiue correſpōdet potētia paſſiua Di‑co: ꝙ non eſt verū: loq̄ndo de potētia paſ‑ſiua ꝓprie dicta ex qua. ſ. aliquid ꝓducit̄: vt patet in creatione. potentie tamē acti‑ue bene correſpōdet potētia paſſiua quā̄ ipſi vocant obiectiuā que eſt potentia ꝑ‑ Ad ar. p op.

ducibilis. et ſic cōcedo q̄ ſicut pater eſt fecundus actiue: ſic filius eſt ꝓducibilis.

Cum vltimo arguit̃ de igne Dico: q̄ ſi ignis generaret de ſe: ſubſtātia ſua nō eſſet in potentia ad formā generādi. ſed ipſe ignis eſſet ꝑfecte ꝓductiuus. q2 non reqreret aliā cauſam cōcauſantē. Ita eſt in ꝓpoſito. quia p̄mū principiū nō requirit aliud p̄ncipiū ſecum cōcurrens ad p̄ncipiandū: nec in eodē genere p̄ncipij: nec in alio.

Ad p̄ncipalia argu. Ad argumēta p̄ncipalia. Ad p̄mū: Concedo q̄ non dicat̃ ꝓprie aliq̄ ꝑſona eſſe de eſſentia abſolute. ſed addendo cum ſubſtātia ꝑſonā aliquā originantē: ita q̄ hec: filius eſt de eſſentia diuina: nō eſt ita cōcedēda ſicut hec: filius eſt de ſubſtantia patris. quia ꝑ ſecundā exprimitur conſubſtātialitas et origo propter genitiuū cōſtructū cum caſuali p̄poſitiōe. per primā aūt nō notat̃ aliq̄d originās.

Ad ſecūdū: cum arguit̃ q̄ ad iſtam de eſſentia: ſequit̃ iſta: q̄ ē eſſentie: Nego cōſequentiā. quia cōſequens notat relationē eſſe inter filiū ⁊ eſſentiā ſicut ſuū correlatiuū qd̄ nō notat anteceds̄: ſed tm̄ notat conſubſtātialitatē in eſſentia cū origine notata in iſto qd̄ conſtruit̃ cū eſſentia. Qñcūq3 em̄ relatiuū cū aliquo conſtruit̃ in tali habitudine caſuali in qua natū eſt aliq̄d terminare illam relationē vt correlatiuū: tunc conſtruit̃ cum iſto preciſe vt cum correlatiuo. Exemplū. Pater cōſtruitur cum aliq̄ in habitudie genitiui: ſimile in habitudine datiui: mai⁹ in habitudine ablatiui. videt̃ q̄ cum q̄cūq3 conſtruit̃ tale relatiuū expſſo in tali habitudine caſuali: illud notat̃ eſſe eius correlatiuum. Non em̄ dicimus: iſte canis fili⁹ hominis: quia eſt filius. et eſt hoīs: vt dn̄s canis: ita q̄ ly hominis cōſtruat̃ cum ly canis ex vi poſſeſſionis. ſed videt̃ ſignificare q̄ ly hominis conſtruat̃ cū ly canis in ratione relatiui vt patr3. Ita igit̃ in iſta: filius eſſentie: videt̃ eſſentiā accipi vt correlatiuum eius relatiui cum quo conſtruit̃. Sed tunc quid dicemus ad Auguſtinū dicentē. xv. de trini. filium eſſe filiū ſubſtantie patris? Reſpondeo q̄ debet exponi ſic ipē expōit illd̄ ad Coloſſen. Tranſtulit nos in regnū filij dilectionis ſue ſiue charitat3. i. filij ſui dilecti. Sic dicit̃ filius ſubſtantie patris. i. cōſubſtantialis patri. Tales em̄ locutiones impropͤe q̄ñ repiunt̃ in doctorib9 ſunt exponende.

Diſt. vj

Circa diſtinctionē ſextā

c

Circa diſtinctionē ſextā quero Utrū pater genuit filiū volūtate

Q, ſic Hilarius in libro de ſynodis. Non naturali neceſſitate ductus pater genuit filiū. Ex quo ſequit̃ q̄ ipſum genuit volūtate. Item Richar. vj. de trini. poſt alia tractata de ꝓductōe ꝑſonaꝝ dicit: Uult̃ audire v̄bū abbreuiatū. Ingenitū velle habere de ſe cōformē atq3 condignū: idē mihi videt̃ qd̄ gignere filiū. Itē. v. metaph. ca. de neceſſario. Omne inuolūtariū eſt triſte. ſed nihil eſt triſte in diuinis. ergo nihil eſt inuoluntariū. ergo filius volūtate generatur.

Henri. in ſūma artic. lviij. q̄ſti. ij. Cōtra. Damaſc. li. j. Generatio ē op⁹ nature. nō ꝟ voluntatis. In iſta q̄ſtione eſt vna opinio ponens q̄ pater nō generat volens: ſed tm̄ neceſſitate naturali ſicut ignis calefacit. licz actu generādi q̄ſi poſito: volūtas patr3 in illo complaceat. qd̄ ſic ꝓbat̃. Intellectio patris aliq̄ mō precedit q̄dcūq3 velle patris. ſed intellectio patris vt patris videt̃ eſſe gignitio verbi vel filij. igitur gignitio filij p̄cedit quācunq3 volitionē patris. Maior patet ex. xv. d̄ trini. Minor ꝓbatur. q2 eiuſdem potentie non ſunt duo act⁹. quia potentie diſtinguunt̃ per actus. ij. de aīa. Gignere aūt filium ſiue dicere verbū qd̄ idem eſt in deo: eſt potentie intellectiue ⁊ intelligere ſimiliter. ꝟ dicere eſt formalit̃ aliq̄d intelligere: ⁊ nō niſi patr3. igit̃ ⁊c̄.

Impugnatio opinio. Cōtra illā opinionē arguit̃ ſic. Intelligere eſt ꝑfectio ſimpliciter: dicere aūt nō. ergo nō ſunt idē formaliter. Probatio p̄me. Pater q̄ꝫ tum ad intellectū ⁊ q̄ꝫ tū ad volūtatē eſt formaliter bt̄ūs intellectōe ⁊ volitione. Non eſt autē bt̄ūs niſi ꝑfectiōe ſimpliciter. Probatio ſcd̄e. quia alit̃ filius ⁊ ſpūſſctūs nō eſſent ſimpliciter ꝑfecti. q2 nō dicunt accipiēdo hoc mō dicere. quia non exp̄munt verbum. Rō itaq3 opinionis innitit̃ minori falſe: ex q̄ ſeqtur

ꝯcluſio, falſa. ſcʒ ꝙ pater nõ ꝓprie volens
dicit. Ad ꝓbationẽ aũt qn dicit̃ ꝙ po
tẽtie diſtinguũt̃ ꝑ actus. Rñdeo ꝙ actio
in creaturis vno mõ accipit̃ pro aliquo
qḋ eſt ꝓprie de genere actionis. Alio mõ
pro actu ſcḋo q̇ eſt qualitas abſoluta ſi-
cut dictũ eſt q̃ſtione de imagine. Unius
ergo potẽtie tantũ eſt vnus actus loquẽ
do de hoc actu tm̃ vel de illo actu tantũ.
vnius tñ potẽtie bene poteſt eſſe duplex
actus quoꝝ vnus, ſit actio de genere acti
onis ⁊ aliꝰ de genere q̃litatis. vt patʒ in
intellectu nr̃o. Ita in ꝓpoſito. Intellectꝰ
diuinus habet vnũ actũ corrñdentẽ intel
lectioni nr̃e que eſt qualitas. quo ſcʒ actu
intellectus patris formalr̃ intelligit. Ha
bet etiã actũ corrñdentẽ actui de genere
actionis: quo. ſ. exp̃mit verbum. Dico
Rñſio ad q̃ſti. igit̃ ad queſtionẽ hoc mõ ꝙ pater gignit
volẽs. q: in primo ſigno vel inſtãti origi
nis pater itelligit formalr̃ filiũ in eſſentia
vt patʒ in ſolutione vltimi argumenti. x.
diſt. ⁊ tunc etiã põt habere actũ volendi
formalr̃. In ſcḋo ſigno originis gignit
filiũ: nec tñ vult illã gignitionẽ volitione
ſequẽte ipſam gignitionẽ: ſed volitiõe ha
bita in p̃mo ſigno originis qua pater for
maliter vult. p̃ſuppõnẽdo intellectionem
aliquo modo q̃ pater. formalr̃ intelligit:
nõ aũt gignitionẽ verbi. licet autẽ pater
gignat filiũ volẽs modo p̃expoſito: non
tñ gignit filiũ volũtate tanq̃ p̃ncipio eli
citiuo vel ꝓductiuo q: p̃ncipiũ vnius rõ
nis in diuinis nõ põt habere duas ꝓdu
ctiones. Nulla eñ ꝓductio eſt ibi vnius
rõnis niſi vnica: q: adequata. igit̃ cũ ſpi-
ritusſanctus ꝓducat̃ ꝑ modũ volũtatis
vt principij ꝓductiui: filiꝰ nõ ſic ꝓducet̃.
obiectio Contra p̃dicta arguit̃ ſic. q: ſicut age-
re p̃ſupponit eſſe: ita p̃ſupponit illud quo
agẽs ꝯſtituit̃ in eſſe. igit̃ velle patris pre
ſupponit ꝓductionẽ: cũ pater ꝯſtituat̃ in
eſſe ꝑ generationẽ actiuã: q̇ eſt idẽ qḋ pa
Rñſio. ternitas vt dictũ eſt in p̃cedentibꝫ. Re
ſpondeo ꝙ agere p̃ſupponit eſſe eſſentie
nõ hypoſtaticũ. aĩa eñ ſeparata habʒ in
telligere ⁊ velle licet non ſit ſuppoſitũ. ſic
in ꝓpoſito velle p̃ſupponit eſſentiaʒ cum
voluntate. Unde ab illa eſſentia que eſt
pelagus infinitũ virtualiter oĩa intrin-
ſeca ꝯtinens: prius natura emanãt oĩa
eſſentialia que nõ dicũt reſpectũ ad extra
q̃ȝ relationes ꝑſonales. Sed tũc dubi
tatur quõ illud velle ſit opari patris an-
teq̃ȝ pater intelligat̃ eſſe ſiue ante genera-
tionẽ actiuam: Rñdeo ꝙ aliud eſt dicere
in ſuppoſito patris eſſe aliquã operatio-
nem p̃cedentẽ patrem: ⁊ aliud eſt dicere
opationẽ patris vt patris p̃cedere patrẽ
velle eñ patris eſt priꝰ patre: ſed nõ vel-
le patris vt patris. pater nãq̃ȝ vult ⁊ intel
ligit vt hic deus: qui eſt quod vel quis
corrñdens deitati. relatiões p̃cedẽs q̃dã
modo. Ad argumẽta. Ad primũ di- Ad ar.
co ꝙ duplex eſt neceſſitas naturalis que-
dam eñ eſt neceſſitas cui volũtas repu-
gnat: vt neceſſitas mortis. Alia eſt neceſ-
ſitas naturalis: cui volũtas ꝯſonat ⁊ cõ-
cordat: ⁊ ſic pater neceſſario gignit filiuʒ
Hilarius aũt loquit̃ de neceſſitate p̃mo
modo dicta. vnde ⁊ ſubdit. nõ naturali
neceſſitate cũ nollet. tũc ei ibi eſſʒ coactio
dũ repugnaret volũtas. Ad ſcḋm cũ
dicit Rich. mihi videt̃ ⁊c. hoc nõ videt̃
Auguſtino ſcʒ ꝙ velle patris ſit formalr̃
gignere. Unde. xv. de tri. dicit ꝙ ſpũſſan
ctus ꝓcedit nõ quõ natus: ſed quõ datꝰ.
id eſt nõ ꝑ modũ nature ſicut filiꝰ: ſed ꝑ
modũ volũtatis libere. oportet ḡ expone
re Rich. ꝙ intelligit ꝯcomitanter. Ad
tertiũ dico ꝙ generatio filij nõ eſt iuolũ-
taria: ſed ex hoc non ſequit̃ ꝙ ſit genitus
volũtate vt p̃ncipio elicitiuo. multa eñ
facimus ſine volũtate p̃cedente ſiue ꝯco-
mitãte: quoꝝ p̃ncipiũ imediatum nõ eſt
voluntas.

Irca diſti- diſt. vij

ctionem ſeptimaʒ. Quero
vtrũ potẽtia generandi in
patre ſit aliq̇d abſolutum
vel ꝓprietas patris: Qr ꝓprietas patris
ꝓbo. Pater eo eſt pater q̇ generat: ſed pa
ternitate eſt pater: ḡ paternitate generat.
Minor eſt nota. Maior ṽo ꝓbat̃. q: eo
eſt pater quo eſt ei filiꝰ (v. de tri.) ḡ eo eſt
pater q̇ generat. Probat̃ hec ꝯñia. q: ge-
neratione eſt ei filiꝰ. Item Actus ꝓpri
us eſt a forma ꝓpria agentis. ſed genera-

re eſt actus ꝓprius patris.igitur. Proba
tio maioris.q: forma ꝓpria dat eſſe:ergo
⁊ agere. Item Mediū eſt eiuſdē gene
ris cū extremis:ſed ſuppoſita que ſunt ex
trema ſūt relatiua:ergo illud quo ſuppo/
ſitū agit qḋ eſt mediū inter ea: eſt relati/
uū. Item ꝑducētis ⁊ forme qua ꝑdu
cit eadē eſt relatio ad ꝑductū.hoc accipit
a pho.v.phyſicoꝝ.⁊.v.metaph.vbi vult
ꝙ ad idem genus cauſe ꝑtineāt ars ⁊ edi
ficator.ergo ad idem genus ṗncipij ꝑtineāt
ꝑducēs ⁊ illud quo ꝑducit.⁊ ita ſi eſſen/
tia ſit qua pater generat habebit eſſentia
relationē realem ad genitū:qḋ eſt falſuȝ.
Item ꝑductio ꝑ prius eſt diſtinctiua
ꝙ̄ aſſimilatiua.qḋ ꝑȝ. Omnis enī ꝑdu
ctio eſt diſtinctiua ſed nō ōis eſt aſſimila
tiua.igitur forma que eſt ṗncipiū ꝑductio/
nis prius eſt principiū eius inꝙ̄tū forma
eſt diſtinctiua:ꝙ̄ inꝙ̄tum eſt aſſimilati/
ua. Ipa autē eſt diſtinctiua inꝙ̄tū hec:
aſſimilatiua inꝙ̄tum forma. igitur prius
eſt ṗncipiū ꝑductiuū inꝙ̄tū hec ꝙ̄ inꝙ̄/
In op/ tum forma. Contra Dam̄. generatio
poſitū eſt opus nature.ſed non eſt opus nature
vt generātis:q: natura nō generat. ergo eſt
opus nature vt ṗncipij generādi. Itē
Boetius.v.de tri.ex virtute nature nati
uitate ſubſiſtit filius. Itē Magiſter
in lra. Pater nō eſt potēs niſi natura ⁊ lo
Rn̄ſio. quitur de potētia generādi.ergo Ad queſtio/
nē dico ꝙ potētia generādi pōt capi du/
pliciter. Uno modo ꝑ ṗncipio quo pa/
ter ꝑducit filiū:ṗalē ſumpto. Alio mō ꝑ
ipo ṗncipio ꝙ cum alijs ꝯcurrētibꝫ ad ꝑ
ductionē filij.ſicut in creaturis ad rōnem
potentie ꝓpinque ꝯcurrūt impedimēti a
Prima motio ⁊ approximatio paſſi. Si loq̄mur
ꝯcluſio de potētia ṗmo modo ſumpta: tunc po/
tentia generādi nō eſt relatio ſed aliquid
abſolutū.vt enī patebit diſt.ij. agēdo de
ꝑductiōe i diuinis. Memoria ꝑfecta ſeu
intellectus habēs eſſentiā ſibi preſentem
ſecūda eſt ṗncipiū quo pater ꝑducit filiū. Loq̄n
ꝯcluſio do vero de potētia ſcḋo mō ſumpta:po/
tentia generādi dicit abſolutū cum reſpe
ctu:quia dicit memoriā vt in perſona in/
naſcibili.⁊ hoc modo potentia generan/
di nō eſt in filio : quia nō eſt ſuppoſitum
cōueniens tali actioni. Intellectus enim
diuinus vt in filio nō eſt principiū ꝑdu/
ctiuū:cū ipſe intellectus vt in patre habe
at ꝑductū ſibi adequatū. Ad rōnem ita/ Tertia
ꝙ potētie ſcḋo modo ſumpte ꝯcurrit ꝓ/ ꝯcluſio
prietas patris cū natura diuina. Q: aūt
ipa ꝓprietas patris ſeu relatio paternita
tis nō ſit principiū quo:pater generat fi/
liū:ꝓbatur.quia ſi hmōi relatio eſſet ṗn/
cipiū quo tunc in diuinis nō eſſent due ꝑ
ductiōes formaliter diſtincte ꝑ modū na
ture ⁊ volūtatis.ꝯſequēs eſt falſum. Cō
ſequētia vero ꝓbatur. q: in diuinis non
diſtinguūtur ꝑductiones ꝑ modū natu/
re ⁊ voluntatis:niſi quia ṗncipiū quo ꝓ/
ducēs ꝑducit aliter ſe habet ad ꝑductio
onē ⁊ ꝑductū.q: hoc naturaliter:illud vero
libere. Omnis aūt relatio videtur eque na
turaliter reſpicere ſuū ꝓpriū correlatiuū:
⁊ ſic relatio ſpiratiui eque naturaliter re/
ſpicit ſuū ꝓpriuȝ correlatiuū ſicut relatio
generātis ſuū. Scḋo q: eadem relatio eſ
ſet principiū ſuipſius.q: in patre non eſt
niſi vnica relatio originis ad filiū.ſcȝ pa/
ternitas.ſi ergo ſit ṗncipiū ꝙ reſpectu gene/
ratiōis q̄ eſt eadē relatio licet aliter noia/
ta vt dictū eſt di.v.erit ṗncipiū ſuipſius.
Q: vero abſolutū ſit ṗncipiū quo ꝓba/
tur.aliqḋ abſolutū eſt terminus forma/
lis generatiōis.ergo abſolutū eſt rō formalis
q̄ agēs agit.aīs ꝑȝ ex.v.di.q.ij.ꝯn̄a vero
ꝓbatur.q: impoſſibile eſt agēs cōicare termi
nū formalē generatiōis niſi agat forma
eque ꝑfecta ſi vniuoce.vel ꝑfectiori ſi eq/
uoce. In diuinis aūt nihil eſt ꝑfecti⁹ ab/
ſoluto:q: abſolutū eſt formaliter infinitū:
relatio aūt nō igitur ⁊c̄. Huic rōni inſtatur Inſtā/
q: ꝯn̄a tm̄ valet in generatiōe vniuoca. tia ṗma
Hec aūt ꝓbatur eſſe equoca:⁊ hoc ſic. Pa/
ternitas ⁊ filiatio differūt ſpecie:igitur ꝑſo
ne ꝯſtitute ꝑ eas.aīs patȝ q: ſunt relati/
ones alterius rōnis. Probatur ꝯn̄a. quia
eadē eſt differētia formaliū ꝯſtituentiū ⁊
ꝯſtitutoꝝ:cū ꝯſtituta nō differāt niſi per
ꝯſtituētia Scḋo arguitur ſic.ꝑductiōes Scḋa
differūt ſpecie.ergo ⁊ ꝑducta.aīs patet: q:
in diuinis nō eſt ꝑductio niſi vnica vni⁹
rōnis.ꝓbatur ꝯn̄a.q: ꝑductiōes ſunt eiuſ/
dem rōnis cū ꝑductis. Tertio ſic.diffe Tertia
rētia ſpecifica eſt de ꝑfectione vniuerſi:ergo
eſt ponēda in diuinis.aīs eſt notū.ꝓbatur

ꝯñā.q: ea que ſunt pfectiõis in creaturꝭ:
Rñſio ſūt ponēda in deo. Ad iſta dico q ſiue
ad obie gñatio ponaꝛ equoca: ſiue vniuoca rõ nõ
cta ꝓpigit. q: in equoca gñatiõe oportet pzinci
piū ꝓductiuū eſſe pfectius forma termi
nãte. relatio aūt nõ eſt pfectioꝛ eſſentia di
uina. Concluſio tñ quã inducūt ille rõ
nes videꝛ falſa. ſ. de generatiõe equoca.
q: cū in pmo termio generatiõis ſcꝫ i ꝓ
ꝓducto ꝯcurrãt duo ſcꝫ natura ⁊ ꝓprie
tas ſuppoſiti qua ē hoc: aut generatio di
ciꝛ vniuoca a termino formali generatio
nis: aut a rõne ꝓpria ſuppoſiti ꝓducti. ſi
pzimo modo cū natura q eſt termin⁹ foꝛ
malis ꝓductiõis ſit eadē in ꝓducēte ⁊ ꝓ
ducto: ſequiꝛ vniuocatio: q: pfectiſſima
ſimilitudo: ſi ſcdo mõ: ergo nulla genera
tio eſt vniuoca: q: nullū genitū in ſua foꝛ
ma indiuiduali aſſimilaꝛ gignēti. Ad
Ad ar. primū argumentū dico q nõ eſt ibi ꝓprie
primū genus nec ſpecies nec differētia ſpecifica
bene tñ ꝯcedo q paternitas ⁊ filiatio ſūt
alterius rõnis: q: ſunt oppoſite. Et cū in
ferꝛ q ꝯſtituta ſunt alterius rõnis quaſi
ſpecifice: nego ꝯſequentiã. Ad ꝓbati
onē dico q licet differētia ꝯſtitutoꝝ ſit p
ꝯſtituētia: plus tñ diſtinguūtur ꝯſtituen
tia q̄ꝫ conſtituta. vt patꝫ in differētijs in
diuidualibꝫ que ſunt pmo diuerſe. nõ au
tē indiuidua. cuius ratio eſt: q: ꝯſtituta
includūt materiã in qua ꝯueniūt: nõ aūt
ꝯſtituētia. ſic ſpecies includunt genus in
q̄d. nõ aūt differētie ſpecifice. Ad ſecū
dū nego ꝯſequentiã. Ad ꝓbationē dico
q ꝓductiões q̄ꝫtū ad hoc ſunt eiuſdē rõ
nis cū ꝓductꝭ. q: ſic ꝓductiões ſꝛ relatio
nes: ita ꝓducta ſunt relatiua. ſed ꝓducti
ones nõ ſꝛ formalꝛ ſuppoſita ſubſiſtētia
in illa natura ſic̄ ſꝛ ꝓducta iõ ꝓducta poſ
ſunt habere vnitatē aliquã in natura cõ
municata eis p ꝓductiões. nõ autē ꝓdu
ctiones. Ad tertiū dico q in creaturis
differētia ſpecifica eſt pfectio ſupplēs im
pfectionē. q: ꝓpter creaturaꝝ limitationē
nõ poteſt eſſe in ipſis tota pfectio abſq;
diſtinctione ſpecifica. In natura autē di
uina in qua eſt pfectio infinita non oportet
ponere talem imperfectionē: cū ibi nulla ſit
imperfectio. Sic generatio in corruptibili
bus eſt pfectio ſupplens imperfectionē: q:
ſine generatione non poſſunt conſeruari.

nec idem numero nec idem ſpecie. nõ ſic
in ppetuis. Ad argumēta principalia Ad ar.
pzimo ad Aug. dico q intelligit eo foꝛ pncipa.
maliter. nõ eo fundamētaliter ſeu pncipi
atiue. pater eñ generat generatiõe forma
liter. ſed hoc modo nõ querimus quo ge
neret ſed quo generatio dicatur vt princi
pio formali dicatiuo. qͦ ſcꝫ ſit fundamē
tum primū iſtius relatiõis. Exemplum
Calidum aliter calefacit caloꝛe ⁊ calefa
ctiõe. calefacit ei caloꝛe vt pncipio q̄: calefa
ctione vero in rõne forme proximo deno
minantis. que eſt diſpoſitio media inter
agens ⁊ terminū productū. Ad ſcdm
qñ dicꝛ q actus ꝓprius eſt a forma pro
pria. dico q illa maioꝛ nõ eſt vera niſi in
formis actiuis. relatiões autē nõ ſunt foꝛ
me actiue ſic̄ nec forme de genere q̄ntita
tis. Ad ꝓbationē cū dicꝛ q forma ꝓpria
dat eſſe. igitur etiã agere. dico p idem. il
lud eni nõ eſt verū niſi ſit forma actiua.

Ad tertiū de medio. dico q illud me
dium eſt eiuſdem generis cum extremis.
qͦ pticipat vtrunq; extremū ſicut fuſcū
eſt mediū inter album ⁊ nigrum. ⁊ tale
mediū eſt medium ꝓprie ſumptum. Lo
quendo autē de medio meta. ſumpto. ne
ceſſe nõ eſt ipm eſſe eiuſdem generis cū
extremis ſicut intellectio qua anima intel
ligit roſam nõ eſt eiuſdem generis cum
re intellecta. Ad aliud de quo ⁊ quod
dico q illud dictum philoſophi. verū eſt
in cauſa ⁊ cauſato. quia ibi eſt diſtinctio
realis cauſe ⁊ pncipij. quo cauſat ab ipo
cauſato. In ꝓpoſito autem eſt oppoſitum
quia ſuppoſitum producens eſt diſtin
ctum. quo aūt producit. eſt indiſtinctū.
⁊ ideo ꝓductū nõ refertur realiter ad pn
cipiū quo. ſicut referꝛ ad pncipiū qͦ pro
ducit. ſed referꝛ tantū relatione rõnis ad
ipm principiū quo. Ad vltimū cū ar
guiꝛ q generatio prius eſt diſtinctiua q̄ꝫ
aſſimilatiua. ꝯcedo q diſtinguere eſt pri
us in gñatiõe q̄ꝫ aſſilare. i. cõius. q: mul
ta diſtiguūt q̄ nõ aſſimilãt. ſꝫ. nõ ē pri⁹. i.
pfecti⁹. Illud eñ qͦ eſt prius ſm ꝯñam
non ſemp eſt pri⁹ ſm pfectionē vel cau
ſalitatem. Exemplum ſequiꝛ bene: ignis
igitur calidus. ⁊ non ecõuerſo. ⁊ ſic calid⁹
eſt prius ſm ꝯſequentiã. ⁊ tamē ignis eſt
prius ſm cauſalitatem ipo caloꝛe: cū ca

lo: non attingat formā ſubſtātialē. ſg nis gñandi: niſi diſpoſitie ipʒ paſſū alterando cientis ⁊ ſic ſi deus eſſet cōpoſitus ex materia ⁊ forma haberet aliqd̕ efficaciꝰ ꝑ ſe. cuius oppoſitū patuit diſt. ij. Non eſt etiā cōpoſitus ex ſubiecto ⁊ accidēte: quia cū ſit immaterialis non eſt capax alicuius accidētis ꝯuenientis rei materiali. Intelligere etiā ⁊ velle que accidūt ſpiritibꝫ creatis ſunt eidem eius eſſentie. vt patuit di. ij. Non eſt etiā cōpoſitus ex partibꝫ q̄titatiuis cū nō habeat materiā. q̄titas autem eſt accidēs rei materialis. tū etiā qꝛ virtus infinita nō eſt in magnitudine extenſa per accidēs ad extenſionē magnitudinis. ex diſt. ij. Nec etiā pōt poni virtus infinita in magnitudine que nō extendiẜ ipi magnitudini. ſed ſit tota in toto ⁊ tota in qualibꝫ parte eius: ſicut aīa in corpore ab ipa informato. qꝛ tunc perficeret ipaʒ ſicut forma materiā. ⁊ ſic eſſet ibi cōpoſitio materie ⁊ forme. Non eſt etiā deꝰ compoſitus ex genere ⁊ differētia vt videbiẜ in ſequentibꝫ. Nec ex natura ⁊ ſuppoſito ſeu ꝓprietate ꝑſonali. vt patuit. diſtin. v. Eſſe etiā nō accidit deo. qꝛ deꝰ eſt ſuū eſſe. Vñ dixit ad moyſen. Hec dices filijs iſrael. Qui eſt miſit me ad vos. Eſſe nāq; diuinū eſt verū ⁊ purū qꝛ nō eſt ꝑmixtū potētialitati vanitati ſeu vertibilitati aut nō entitati. Unde Hilarius in libro de tri. Eſſe nō eſt accidēs deo ſʒ ſubſiſtens veritas manēs cauſa ac naturaliſ generis ꝓprietas. In quo notaẜ eſſe dei differre ab eſſe creature. non q̄ eſſe creature ſit vere accidēs. ſed per quandā ſimilitudinē vt ponit Bonauētura. Accidēs enī natum eſt inherere ſubiecto ⁊ ab illo trahit originem ⁊ poteſt adeſſe ⁊ abeſſe. ſic creatura dependet a deo ſuſtentante. oritur ab ipſo efficiente: ⁊ nata eſt ſuum eſſe perdere. ideo eſſe eius eſt quaſi accidens. non tamen eſt vere accidens. quia licet dependeat a deo: non tamen ſicut a ſubiecto. Econtra eſt de eſſe diuino. non enim dependet ab aliquo ſuſtentante. et ideo dicitur ſubſiſtens veritas. nec oritur ab aliquo efficiente. quapropter dicitur manēs cauſa. Nec natū eſt recedere ab eſſe ideo diciẜ naturalis generis ꝓprietas. q̄ nō dimittit ſuū eſſe. Scd̕m fr̄o Rich. de med. vil. exiſtētia i creatura nō ē accīs

Diffinitio accidentis.

Diſt. 8

Circa diſtinctionē octauā.

Quero vtrū deꝰ ſit ſūme ſimplex. q̄ nō Simplicitas ñ ē ꝑfectio ſimplr̄. ergo nō ē ponēda i deo vt eſſentialis. ꝓbatio antecedētis. Si eſſet ſimplicit̄er ꝑfectionis. igitur q̄libet habens eam eſſet ſimplr̄ ꝑfectio: nō habēte ⁊ ita materia prima eſſet ꝑfectio: hoīe. qd̕ falſum eſt. imo generās in creaturis generabilibꝫ ⁊ corruptibilibꝫ cōpoſitiora ſunt ꝑfectiora. Item Perfectiōis eſt in forma poſſe dare eſſe. licʒ imꝑfectiōis ſit dependētia a materia. igiẜ ſi prima ratio ſepareẜ a ſecūda (qꝛ nō videtur eſſe ꝯtradictio in tali ſeparatiōe) pōt eſſe deitas forma dans eſſe. licet nō dependeat ab illo cui dat eſſe. ⁊ ſic erit alicui cōponibilis.

Item Qd̕ vni eſt accidēs nulli eſt ſubſtantia. ex ſcd̕o phyſicoꝝ. ſed ſapiētia i nobis eſt accidēs. ergo in nullo eſt ſubſtātia ⁊ ſic ſapiētia in deo erit accidēs. cū ibi ſit ſm eandē rōnem ſm quā eſt in nobis. et ita erit ibi cōpoſitio ſubiecti ⁊ accidētis.

Rñſio. Contra. vj. de tri. Deus vere ⁊ ſūme ſimplex ē. Rñdeo q̄ deꝰ eſt ſūme ſimplex cū nō ſit cōpoſitꝰ. nec alteri cōponibilis. Qd̕ probaẜ ex rōne infiniti. ⁊ primo q̄ nō ſit cōponibilis. ꝑ hoc q̄ omne cōponibile pōt eſſe pars alicuius totius cōpoſiti ex ipo ⁊ altero cōponibili. oīs autem pars pōt excedi. ſed contra rationē infiniti eſt poſſe excedi. ergo infinitū non eſt cōponibile. Qꝫ autē deus ſit oino incōpoſitꝰ probaẜ quia ſi ſit cōpoſitus: aut ex infinitis aut ex finitis. Non ex ifinitis quia nullū tale eſt cōponibile vt dictum eſt. nec ex finitis. quia finita nō reddunt aliqd̕ infinitū in ꝑfectione. cū infinitū excedat omne finitū ſm quācūq; ꝓportionem dandā. Poſſet etiā inductiue ꝓbari deū non eſſe compoſitū. Non enim eſt cōpoſitus ex materia ⁊ forma. qꝛ cauſalitas materie ⁊ forme includit imꝑfectionem ſcʒ rōnem partis. forma etiā nō informat materiā: niſi virtute alicuius effi-

abſolutū: aliquā tū relationē iportat ſup eſſentiā creature. ſ. relationez depēdentie ad deū efficientē ⁊ ipm cōſeruantē in eſſe Hec aūt relatio licet ſit idē realiter cū creatura: nō tū formaliter. q2 nullus reſpectus eſt de eſſentia abſoluti. Ex pced. patet q deus eſt ſūme ſimplex. Eſt ſiq perſona diuina eque ſimplex ſicut natura. q2 licet ſit ibi nō identitas vel diſtinctio: nulla tū eſt cōpoſitio. ſūme eīm ſimplicitati nō repugnat nō idētitas: ſed cōpoſitio vel cōponibilitas. Nec obſtat diuine ſimplicitati perſonarū pluralitas: ſed potius ipſam arguit. ſūme eīm ſimplicitatiſ ē eandē naturā pluribꝫ cōicari ſine ſui diuiſiōe q2 vbi ē ſūma ſimplicitas: ibi ſūma actualitas: ſumma diffuſio: et cōicatio debet poni. licz aūt in creaturiſ reperiaẜ aliq ſimplicitas (q2 in aliqbꝫ nō eſt cōpoſitio materie ⁊ forme) nō tū eſt in ipſis ſūma ſimplicitas. Ois eīm creatura eſt altem cōponibilis: qd parz i accidētibꝫ q ſūt cōponibilia cū ſubiecto. In ſub ſtātijs pro generabilibꝫ ⁊ corruptibilibꝫ materia et forma ſūt ad inuicē cōponibiles. Ois etiā ſubſtantia tā corpalis ꝙ ſpūalis eſt receptiua ſui accidentiū: vt patet de intellectiōe ⁊ volitione in angelis. Sunt etiā creature multipliciter cōpoſite. In ipſis eīm eſt cōpoſitio act⁹ ⁊ potētie: puta realitatiſ generis q eſt potētialis ad realitatē differētie et p ipſam pfectibilis. Eſt etiā in creaturis cōpoſitio nature ⁊ differētie īdiuidualis q naturā actuat: vt dictū eſt diſt. v. Nulla etiā creatura ē pur⁹ actus: cū pus ſint creature i potētia ꝙ i actu: eſſeqꝫ earū depēdeat a deo pducēte ⁊ ꝯſeruante. Ois etiā creatura habet in ſe carentiam alicui⁹ gradus entitatiſ: etiā ſupm⁹ angelus. q2 licet nō careat aliq gradu entitatiſ inqꝫtū talis nature: caret tū aliq gdu cuius eſt capax inqꝫtū ens: cū īfinitas ñ repugnet enti inqꝫtū ens. ſicut talpa dr ceca. q2 licet nō ſit nata hr̄e viſum inqꝫtum talpa: eſt tū nata habere inqꝫtū animal. hmōi aūt carentia nō eſt de eſſentia creature. q2 puatio nō eſt de eſſentia alicui⁹ poſitiui: eſt tū ipſi inſepabiliter annexa.

Et notandū q non eſt idem ſūme ſimplex ⁊ ſimpliciter ſimplex. Dicitẜ eīm ſūme ſimplex qd nō eſt cōpoſitū nec cōponibile vt deus. Simplr aūt ſimplex dr qd nō eſt reſolubile in alia: cuiuſmodi ſūt vltie differentie q tū nō ſunt ſūme ſimplices cum ſint cū genere cōponibiles. Notādū etiā q vnitas ⁊ punct⁹ licz ſint indiuiſibilia: ñ tū ſunt ſūme ſimplicia: vt patet ex pdictiſ

Euidēter itaqꝫ apparet q ſolus de⁹ ē ſūme ſimplex. Cōclo vnica Nulla aūt creatura eſt pur⁹ actus: cū ois creatura careat aliq gradu actualitatiſ. ſicut ñ eſt lux pura q caret aliq gradu lucis: licz cū illa luce impura nō miſceaẜ aliq alia entitas poſitiua: ſed tm̄ carētia pfectioris gdus lucis. Ad arg. Ad ar.

Ad pmū. q2 ſm Anſel. monologion. xv. Ad.j. de rōne pfectōis ſimpliciter eſt q ſit melius ipm ꝙ nō ipm in qcunqꝫ. hoc ſic declaro q dr meli⁹ ipm ꝙ nō ipm. i. qlibet ſibi incōpoſſibili in qcūqꝫ ſuppoſito pſe cōſiderato inqꝫtū ſuppoſitū: nō determinādo in q natura ſit. Cōſiderādo eīm aliqd inqꝫtū ſubſiſtit in aliq natura: pōt aliq pfectio ſimplr nō eſſe melior ſibi. q2 repugnat tali nature: licz nō repugnet ſibi inqꝫtū pſe ſubſiſtēs. ſicut canis nō eſſet ſimplr pfect⁹ canis ſi eſſet ſapiens. q2 repugnat ſibi ſapientia. Et nūc ad ſecundū dico q ſimplicitas eſt pfectio ſimplr ſm q excludit cōponibilitatē ⁊ cōpoſitiōez ex actu ⁊ potētia: vel ex pfectiōe et ipfectiōe. talis aūt ſimplicitas nō eſt in materia: qre nō eſt pfectior cōpoſito. Scdo dico q alicui nature limitate pōt repugnare aliq pfectio ⁊ aliq nō: et nūc nō ſequiẜ illā naturā eſſe pfectiorē cui cōpetit talis pfectō ꝙ cui repugnat. maxime quando illi cui repugnat ꝯuenit aliq pfectio q ē pfectior alia repugnāte. Exēplū. Actualitas ē pfectior ꝙ ſimplicitas. cōpoſito aūt cōpetit maior actualitas licz ñ maior ſimplicitas. materie aūt licz cōueniat ſimplicitas nō tū tāta actualitas qnta cōpetit cōpoſito. et ita ſimpliciter pfectius pōt eſſe illud cui competit actualitas ſine ſimplicitate ꝙ illud cui competit ſimplicitas ſine actualitate. Etſi qras quō vna pfectio ſimplr eſt pfectior alia: dico q hoc eſt darō vni⁹ eſt pfectior rōne alteri⁹ pſe ſumpta: lz qñ qlibz ē i ſūmo ſint oēs eq pfecte q2 īfinite. Ad ſcdz dico q dare alicui eē Ad.ij.

formaliter ponit neceſſario limitationez. q: ſic dans eſſe nō includit ꝑ identitatez illud cui dat eſſe. nec pōt ſeparari a ſic dare eſſe imꝑfectio q: nec limitatio nec dependētia oīmoda. licet eīn ſeparet̃ ab eo dependentia ad materiā: ſemꝑ tn̄ manet dependentia ad efficiēs: virtute cui᷒ forma informat materiā. Et ſi inſtet̃ de verbo qd̓ dat eſſe nature humane: dico ꝙ nō dat eſſe ꝑ modū forme ſicut patebit lib. iij. di. j.

Ad tertium bit lib. iij. di. j. Ad tertiū dico ꝙ ſapia ſm illā rōnē ſ3 quā eſt ſpēs q̄litatis ⁊ accidēs in nobis: non ponit̃ in deo: q: hoc modo includit limitationē ⁊ imꝑfectionē. ſed ponit̃ in deo ſm rōnem ſapientie ꝑ̄ q̄ eſt ꝑfectio ſimplr: ⁊ abſtrahit ab imꝑfectiōe ⁊ limitatione.

q̄ſtio. ij. Conſequēter querō vtrū aīa rōnalis ſit tāte ſimplicitatis ꝙ ſit qualibet parte corꝑis tota. Q: nō. ij. de aīa. Sicut ſe habet pars anīe ad partē corꝑis: ita tota aīa ad totū corpus. g̃. videt̃ ꝙ anīa ita ſit in toto corꝑe ꝙ pars aīe ſit ī parte corporis: ⁊ ita nō eſt in qualib3 parte corporis tota. Item tunc aīa influeret in qualibet ꝑtē corꝑis imediate. qd̓ eſt falſum. q: influit in totū corpus mediāte corde in q̄ occultat̃ anīa ſm Auicē. ij. de anīalib᷒. Item Si anīa eſſet in qualibet parte corꝑis tota: tūc q̄libet ꝑs eſſet ſubſtantia aīata ſenſibilis. ⁊ ita q̄lib3 ꝑs aīalis eſſet aīal. qd̓ falſum videt̃. Item Si tota anīa eſt in manu ⁊ tota in pede: cū aliq̄n manus moueat̃ pede q̄ſcēte. ſimul anīa moueret̃ ⁊ quieſceret. qd̓ videt̃ incōueniens. Item Res exiſtens in paruo ſpacio nō pōt naturaliter eſſe in maiori niſi mutet̃. ſed creſcēte corꝑe ꝑuuli non ꝓpter hoc mutat̃ aīa eius. ergo nō eſt in q̄libet parte corꝑis ad ꝑfectā quantitatē reducti. Cōtra. Aug. vj. de tri. ca. vj. Aīa in vnoquoq3 corꝑe ⁊ in toto: tota eſt. ⁊ in q̄libet eius ꝑte tota eſt. Rn̄deo cū Auguſtino ꝙ aīa rōnalis eſt tota in toto corpore: ⁊ tota in qualib3 ꝑte. Qd̓ ꝓ3. quia anima ⁊ eſt forma corꝑis ⁊ eſt ſimplex. q: ergo eſt forma totalis corporis eſt in toto. q: vero ſimplex: nō eſt ſm ꝑtē ⁊ ꝑtem ſui ⁊ ideo ſic eſt tota in toto ꝙ tota in q̄libet parte. Non tn̄ eodem modo cōparat̃ ad totū ⁊ ad ꝑtes. q: ad totū cōparatur ſicut ad ꝓpriū ⁊ ꝓportionatū ꝑfectibile. Ad ꝑtes aūt ſm ꝙ habēt ordinē ad totū. Quō aūt hoc ſit poſſibile: ſic declaratur. Eſt nāq3 quedā ſimplicitas ꝑ negationē magnitudinis corꝑalis ⁊ ſpūalis. ⁊ iſta eſt ſimplicitas puncti. ⁊ eſt alia ſimplicitas per negationez magnitudis corꝑalis: poſitiua magnitudinis ſpūalis finite. ⁊ talis ſimplicitas eſt in angelis ⁊ in anima intellectiua: q̄3 iūs in alio ⁊ alio gradu ſm ꝙ plus vel minus accedūt ad ſūmū ſimplex qd̓ eſt deus. Eſt alia ſimplicitas per negationē magnitudinis corporalis poſitiua magnitudinis ſpūalis infinite. Et talis ſimplicitas eſt in deo. ſicut ergo deus ꝓpter ſuā ſimplicitatez ⁊ magnitudinē ſpūalem eſt vbiq3 totus. ⁊ eſſet in locis infinitis ſi tot eſſent: ſic anīa ſm ſe totā attingit quālibet partē corꝑis ſibi ꝓportionati. Non ſic aūt eſt imaginanda aīe ſimplicitas ſicut ſimplicitas puncti. q: illa negat ⁊ magnitudinē corporalē ⁊ ſpūalem. ideo nō poteſt eſſe niſi in īdiuiſibili. Qd̓ ꝓ ſo ſm Aug. vj. de tri. ca. viij. In his q̄ nō mole magna ſunt. ħ hoc eſt maius eſſe qd̓ melius eſſe. ⁊ bonitas conſiſtat in rōne ꝑfectiōis. ſequit̃ ꝙ illa eſſentia ſpūali magnitudine eſt maior que ꝑfectiōe eſt plenior.

Ad argumenta ad primū cū dicit̃ ſicut ſe habet pars anime ad partē corꝑis. Dico ꝙ aut Ari. intelligit de aīa bruti quā intelligit eſſe extenſam ſm corꝑis extenſionē. aut ſi intelligit de anīa intellectiua: partē anime vocat potentiā. potentie autē organice ſunt in diuerſis partib᷒ corꝑis rōne organoꝝ ⁊ ſic potētia viſiua nō eſt in pede. q: ibi nō eſt organū mediāte q̄ dicit̃ actus videndi. Ad ſcd̓m dico ꝙ viuere pōt ſumi ꝓ actualitate ſeu eſſe viuētis. vel ꝓ oꝑatione per quā demonſtrat̃ vita ſm quā diſtinguūt̃ gradus viuētiū. Accipiēdo igit̃ viuere primo modo. anima imediate influit in totū corpus. Accipiēdo vero ſecūdo modo anima influit in oꝑationē vite ſc3 motū ⁊ ſenſum in cetera mēbra mediante corde. ⁊ ideo dicit̃ ibi occultari. ⁊ ſic

triplex repent̃ ſimpli.

Ad ar.

Ad. ij.

leſo corde deficit vita. quia ceſſante influ
entia illius ptis: deficit ordo corpis. Ex
emplū hoc patz in maiori mūdo in quo
deus influit in vnam creaturā mediante
alia. vt ſeruet debitus ordo in vniuerſo.
ſicut em̄ deus eſt in maiori mūdo: ſic aia
Ad .iij. in minori. ſcz in hoie ſm Aug. Ad ter
tiū dico q̄ q̄uis aia ſit in qualibz parte
corpis tota: nō ꝓpter hoc ſequit q̄ qlibet
pars hois ſit aial. q2 aial dicit cōpoſitū
ex aia ꝛ ſuo pfectibili ꝓportionato qđ eſt
totū corpus. Unde dicit phus q̄ anima
nullius corpis eſt actus. i. nullius partis
corpis: q2 nulli parti corpis cōmunicat
opatione ꝓpriā: nec pfectionem totius. ꝛ
ideo nulla pars hois eſt homo. ꝛ nulla
Ad .iiij. pars hois intelligit. Ad quartū dicit
q̄ nō mouet aia niſi ad motū totius cor
poris. q2 nulla pars corpis diffinit aiam
Ad .v. cū ſic ſit i vna parte q̄ ē extra ipaz. Ad
vltimū dico q̄ creſcente corpore paruuli:
aia mutat p accidēs incidētum. ſcz illud
cuius eſt pfectio mutat.

Inſuper queritur

q̄ſtio .iij. vtrū cum ſimplicitate diuina
poſſit ſtare q̄ deus vel aliquid
formaliter dictum de deo ſit in genere.
Q2 ſic. vbi eſt ſpecies ibi eſt genus: q2
ſunt correlatiua. ſed natura diuia eſt ſpe
cies reſpectu pſonaꝝ diuinaꝝ ſm Damā.
igit deus eſt in genere. Item Sapia
dicit de deo ſm eandē rōnem ſm quā di
cit de nobis. Rōnes eni poſite diſt. iij. de
vniuocatiōe entis. etiā ꝯcludūt de vni
uocatiōe ſapiētie. ergo ſm iſtā rōnem ſm
quā dicit de deo eſt ſpēs generis. Cō
tra. Magiſter in lrā adducēs aug. di. q̄
a deo remouent p̄dicamēta artꝭ dialecti
Rn̄ſio. ce. Rn̄deo q̄ deus nō eſt in genere. ptz
p Aug. vij. de trinita. ca. viij. Manifeſtū
eſt inquit deū abuſiue dici ſubſtantiā. q2
oīs ſubſtātia eſt capax accidēns. Abſur
dum vero eſt q̄ deus alicui accidēti ſub
ſiſtat. Notandū tn̄ q̄ deus pōt dici ſub
ſtantia inq̄ntū eſt ens p ſe ſtans. ſed hoc
aliter ꝯuenit ſubſtātie p̄dicamētali: ꝛ ali
ter deo. deus em̄ dicit ens p ſe ſtans. q2 a
nullo dependens: ſubſtantia vero p̄dica
mentalis dicit p ſe ſtās. nō q2 a nullo de
pendeat: ſed q2 nulli inheret. Item pro
batur q̄ deus non eſt in genere. q2 omne
qđ eſt in genere eſt finitum. deus aūt nō
eſt finitus: ergo non eſt in genere. maior
patz. q2 realitas a qua ſumit genus eſt po
tentialis ad realitatē a qua ſumit diffe
rētia. Unde dt Ari. viij. metaph. Opor
tet diffinitionez eſſe orationem longam
ꝛ hoc eſſe materiā. illud vero formā. Nul
lum aūt infinitū eſt potētiale ad aliqđ (vt
patuit in q̄ſtione de ſimplicitate diuina)
Unde ſi in deo eſſet ordo realitatū qua
rū vna eſſet ꝯtrahibilis ꝛ pfectibilis per
aliam. tūc nō eſſet ſūme ſimplex. q2 ibi eſ
ſet cōpoſitio ſaltē actus ꝛ potentie. Qua
liter aūt ens nō ſit genus ꝛ quō ꝯtrahit
ad deū ꝛ creaturā. dictū eſt di. iij. agēdo
de eius vniuocatiōe. Patet itaq̄ ex p̄ cōcluſio
dictis deus nō eſt in genere. nihil etiam reſpōſiua
formaliter dictū de deo eſt in genere. q2
nihil finitū vel limitatū: dicit formaliter
de deo. Relationes em̄ licet nō ſint for
maliter infinite: nō tn̄ ſunt finite q2 ſunt
idem cum eſſentia que eſt formaliter infi
nita. Eſſentialia ſiquidē q̄. ſ. ſunt cōia tri
bus pſonis ab eſſentia recipiūt infinita
tē formalē: nō aūt relatiōes. Entitatꝭ nāq̄
q̄ relatiōis formalr accepte vt relatio: nō
eſt infinitas modus intrinſecus. q2 nō eſt
pfectio ſimplr. ſi em̄ paternitas eſſet pfe
ctio ſimplr. tunc aliqua pfectio ſimplr eſ
ſet in patre que non eſſet in filio. Sed primū
hic occurrūt aliqua dubia. Primū eſt q̄ dubiū
lia ſunt p̄dicata dicta formalr de deo. vt
ſapiēs bonus ꝛc. Rn̄deo q̄ ens ꝑus
diuidit in finitū ꝛ infinitū q̄ in dece ge
nera. q2 alteꝝ iſtoꝝ. ſ. finitū eſt cōe ad de
cem genera. igitur quecūq̄ ꝯueniūt enti
vt indifferēs ad infinitū ꝛ finitū. vel vt p
priū enti infinito. cōueniūt ſibi nō vt de
terminat ad genus. ꝛ p ꝯn̄s vt tranſcen
dēſ. Predicata itaq̄ cōia dō ꝛ creaturꝭ ſūt
tranſcēdentia. Sed nūc orit aliud du ſecūdū
biū quō ponit ſapiētia tranſcendēs: cum dubiū
nō ſit cōis omnibꝫ entibꝫ. q2 tranſcēden
tia dicunt cōmunia omnibꝫ. Rn̄deo ſi
cut rōne generis generaliſſimi nō eſt ha
bere plures ſpēs ſub ſe. ſed nō habere ali
qđ genus ſupra ſe. ſicut p̄dicamentū qđ
paucas aut nullas habet ſpecies: ſic trāſ

cedēs dicit qđ nō ꝯtinet ſub genere. ſed ꝙ ipm ſit cōe ad multa inferiora hoc ac cidit. ſola em̄ illa trāſcēdentia conueniūt omni enti que ſunt ꝯuertibilia cū primo

Ad argumē. tranſcēdēte.ſ.ente. Ad argumenta. ad primū dico ꝙ natura diuina dicit ſpēs ꝑ quandā ſimilitudinē eo ꝙ dicit de pſonis ſicut ſpēs dicit de indiuiduis: ſed nō eſt vere ſpēs. q2 nō plurificat in ipis ſicut natura ſpecifica plurificat in indiuiduis. ⁊ ſic debet itelligi diffinitio ſpeciei poſita a porphirio. Realitas etiā ſpeciei eſt potentialis ad realitatē indiuidui: eſſentia aūt diuina nullo modo eſt potētialis ad rdationē. vt dictū eſt diſt. v. Ad ſcđm reſponſum eſt in queſtione de ſimplicitate diuina.

q̄ſti. iiij. Utrum cum diuina ſimplicitate poſſit ſtare aliquo modo diſtinctio pfectionū eſſentialiū ꝑcedēs aliquo mō oēm actū intellectus. Arguo ꝙ nō. Aug. xv. de trini. ca. iiij. Non ſicut in creatura ſapia ⁊ iuſticia ſunt due q̄litates: ita i deo: ſed q̄ iuſticia ipa eſt ⁊ bonitas. Ex hoc arguo. ꝑdicatio in abſtractis nō eſt vera niſi ſit ꝑ ſe ꝑmo. igitur iſta: ſapiētia eſt bonitas. eſt ꝑ ſe ꝑmo. ⁊ ita ſubiectū includit ꝑdicatū. ⁊ ſic nulla ē illoꝝ diſtinctio. Cōtra. Damaſce. li. j. c. iiij. Si iuſtū. ſi bonū. ⁊ ſiqđ aliud tale dixeris: nō naturā dei dicis: ſꝫ q̄ circa naturā ſunt dicis. ergo ante oēm actū intellect⁹ eſt aliqđ in deo qđ nō eſt natura formalr. In iſta q̄ſtione tenet a multis pars negatiua. ſ. ꝙ cū ſimplicitate diuina non ſit diſtinctio attributoꝝ: niſi tantū rōne: q̄ a quibuſdā declarat ex diſtinctiōe dextri ⁊ ſiniſtri in colūna. que ſumit ꝑ reſpectū ad realē diſtinctionē eorū in aīali. ſic attributa diuina habent in creaturis aliq̄ re diſtincta ſibi correſpōdētia vt bonitas bonitatē. ſapia ſapiaꝫ. ⁊ ſic ð alijs. A quoꝝ diſtinctiōe ſumit eoꝝ diſtinctio i diuinis. ita ꝙ itellect⁹ ex pfectionib⁹ realr diuerſis i creaturis format ꝯceptiones ⁊ pfectiōes correſpōdētes i deo ꝓportionabiles. Nec apprehēderet differētiam rōnis ipſarum in diuinis niſi apprehenderet differentiam eorum ſm̄ rem in

m̄. ſm̄ tho. j. ſcripto. diſt. ij.

creatura. Ubi notandum ꝙ attributa pñt dupliciť ſumi. ſ. ſtricte ⁊ large. ꝓprie em̄ illa dicunt attributa q̄ pficiūt eſſentiā in eſſe ſcđo: q̄ſi q̄litates. vt ſūt charitas: ſapia: veritas: bonitas ⁊c. Et hoc modo intellectus ⁊ volūtas nō ſunt attributa ſm ſcotū. xxvj. di. hui⁹. q2 ſūt quedā pfectiōes intrinſece in eſſentia ꝑſuppoſite oī q̄litati ⁊ q̄titati. ⁊ in creaturis nō ptinēt ad genus q̄litatis. Infinitū etiam ꝓprie nō eſt attributū. Large ꝟo attributa ſūt pfectiones ſimplr repte in creaturis: q̄s deo attribuim⁹ ipas de deo ꝑdicando. vt dicēdo deū eſſe viuentē: ſapiētē: potētē: verū iuſtū: intelligentē: beatū: eternū: ⁊ q̄cquid abſolute melius eſt ipm̄ q̄ nō ipm̄. Hoc ꝑmiſſo: arguo ꝯtra op. Diſtinctio emanationū eſt realis. ergo diſtinctio attributoꝝ nō eſt tantū rōnis: ſed aliquo mō ex natura rei. añs ptꝫ. ꝑbat ꝯña q2 ens reale nō neceſſario ꝑexigit ens rōnis. qđ em̄ ꝑſupponit ad ſuū eſſe ens rōnis nō eſt reale cū nō poſſit eſſe circūſcripto ope intellect⁹. Diſtinctio aūt emanationū ꝑexigit diſtinctionē attributoꝝ: q2 filius ꝓcedit naſcēdo. vt verbū in intellectu. ſpūſſc̄us ſpirādo. vt amor i volūtate. ⁊ nō ꝟbū qđ nō pōt eē niſi eſſet aliq̄ diſtinctio itellect⁹ ⁊ volūtatꝫ ad itra. Itē q̄lꝫ pfectio ſimplr eſt i ente pfecto ex natura rei añ oē op⁹ itellect⁹. ſꝫ attributa ſūt pfectiōes ſimplr. g̃ ⁊c. minor patꝫ. maior ꝟo ꝑbat. tū q2 aliter nō eſſet ſimplr pfectuꝫ. tū q2 aliter pfectio ſimplr i nullo eſſet pfecte. In creatura eni nō eſt pfecte. q2 ē finite. nec in deo eſt pfecte ſi non ſit in ipo vt extra. ſed tantū vt cognit⁹ eſt. q2 eē cognitū eſt eſſe diminutū. vt diſtinguit ꝯ extra. Itē arguit ſic. diſtictio ꝑcedēs rōnem ꝑmi diſtinctiui nō eſt ꝑ tale diſtinctiuuꝫ ſed diſtinctio nature diuine ⁊ itellect⁹ ꝑcedit itellectionē q̄ eſt ꝑncipiū diſtinctiuū eoꝝ q̄ diſtinguūt ꝑ rōnem. igit illa diſtinctio nature ⁊ itellectus nō eſt ꝑ intellectū

Ar. contra opi.

Attributa pñt capi dup.

Opio. Scoti.

Eſt igitur alia op. ſcoti ꝙ inter pfectiones eſſentiales nō eſt tātū differētia rationis: ſed eſt ibi diſtinctio ex natura rei: ita ꝙ ſapiētia eſt in re: ⁊ ex natura rei: bonitas ſimiliter. et ſic de alijs. Sapientia aūt in re formalit nō eſt bonitas i re. qđ

ꝓbatur. q2 ſi infinita ſapiētia eſſet formaliter bonitas infinita: ſapiētia in cōmuni eſſet formaliter bonitas in cōmuni. Infinitas eñ nō deſtruit formaliter rationē illius cui addit̄ q2 in quocūqȝ gradu itelligit̄ eſſe aliqua ꝑfectio qui tñ gradus eſt gd9 illius ꝑfectiōis. nō tollit̄ rō formalis illius ꝑfectiōis ꝓpter iſtū gradū. Et ita ſi non includit formaliter vt in cōmuni. nec vt infinitū infinitū. Hoc declaro. q2 includere formalr̄ eſt aliq̄d includere in ſua rōne eſſentiali. ita ꝙ ſi diffinitio includēns aſſignaret̄ incluſum eſſet diffinitio vel pars diffinitiōis. Sicut autē diffinitio bonitatis in cōmuni nō habet in ſe ſapientiā: ita nec infinite infinitā. Eſt igit̄ aliqua nō idētitas formal' ſapiētie ꝛ bonitatis incȝtū eſſent eoꝝ diffinitiones diſtincte ſi eēnt diffinibiles. Diffinitio autē non tantū indicat rōnem cauſatā ab intellectu ſed quiditatē rei. Eſt igitur non identitas formalis ex parte rei.

Formaliter includere quid ſit

Ↄcluſio

Iſtud argumentū nō de formali identitate dixerūt antiqui doctores ponētes in diuinis eſſe aliquā p̄dicationē verā ꝑ identitatē que tñ nō eſt formalis. Ita ↄcludo ego per identitatē veritatē eſſe bonitatē in re. nō tñ veritatē eſſe bonitatē formaliter. Iſta opinio ↄfirmatur autoritate Damaſce. li. j. ca. ix. vbi ipē vult ꝙ inter oīa noīa dicta de deo ꝓprijſſimū eſt qui eſt. q2 eſſe dicit̄ quoddā pelagus infinite ſubſtātie. nō eſt aūt pelagus infinite ſubſtantie. ꝓpter hoc ꝙ multe relatiōes rationis poſſunt cauſari circa ipm̄. ita enīȝ ꝑ actū intellectus poſſunt cauſari circa qd̄libet. ſed eſſentia diuina dicit̄ pelagus ꝓpter virtualē ↄtinentiā hmōi ꝑfectionū formaliter infinitarū ab ipā emanantiū ſicut flumina emanāt a mari. iuxta illud Omnia flumina intrant mare ꝛc̄. Ad locum vnde exeūt flumina reuertunt̄. Silr̄ Aug. ↄtra maxim̄. Si potes deū patrē ↄcedere ſimplicē: ꝛ tñ eſſe ſapientē ꝛ bonū. ꝛ enumerat ibi multas tales ꝑfectiones: quanto magis vnus deus pōt eſſe ſimplex ꝛ tñ trinitas. ita ꝙ tres ꝑſone nō ſint partes vnius dei. Arguit ibi ꝙ ſi in eodem ſine cōpoſitiōe ꝛ partialitate pñt eſſe multe ꝑfectiones ſimpl'r: multo magis poſſunt eſſe tres ꝑſone in diuinitate ſine cōpoſitione ꝛ partialitate. Qd̄ argumentū eſſet iſtud. Si attributa tñ differūt relatiōe rōnis ꝛ ꝑſone diſtinguerent̄ realr̄. Nō ei ſeq̄t̄ ſi relōnes rōis nō faciūt compoſitionē in aliquo: ergo nec relationes reales. Iſta aūt nō identitas formalis ſtat cū ſimplicitate dei: ſicut dictū eſt de eſſentia ꝛ ꝓprietate. diſt. ij. ꝛ. v.

Primū dubiū

Cōtra p̄dictā ſolutionē ſunt tria dubia. Primo eñ videt̄ ꝙ nō ſaluet̄ ſimplicitas diuina. q2 ex quo eſſentia ponit̄ quaſi fundamentū: ꝛ iſta quaſi circūſtātia eſſentiā: videt̄ ꝙ iſta ſe habeāt vt actus ꝛ forme reſpectu eſſentie diuīe.

Secūduȝ dubiū

Scōm dubiū q2 Aug. vij. de trinitate. c. iiij. vbi negat identitatē paternitatis ꝛ deitatis: nō eñ eo inquiēs pater quo deus: ſicut nec eo verbū quo ſapiētia. Ita ↄcedit identitatem magnitudinis ꝛ bonitatis ꝛ ꝑfectionū eſſentialiū: Cum dicit eo magnus ꝙ deus. igit̄ ſicut negat ibi identitatē: ita cōcedit hic. nō autē negat niſi identitatē formalē. igr̄ iſtā ↄcedit hic.

Tertiū dubiū.

Tertiū dubiū q2 ſicut non eſſet bonitas realiter infinita niſi eſſet realiter eadē ſapiētie: ita videtur ꝙ ratio bonitat9 nō ſit infinita niſi ſit formal'r eadē rōni ſapiētie.

Rñſio ad pri.

Ad primū rñſio ꝙ forma in creaturis habȝ aliquid imꝑfectiōis. ſcȝ ꝙ eſt forma informans aliq̄d ꝛ pars cōpoſiti: ꝛ habet aliq̄d qd̄ nō eſt imꝑfectionis ſed ſequit̄ eā ſm̄ ſuā rōnem eſſentialē. ſ. ꝙ ipā eſt quo aliquid eſt tale. Exēplū. Sapiā i nob eſt accidēs hoc eſt imꝑfectiōis: ſed ꝙ ipā ſit quo aliquid eſt ſapiens: hoc non eſt imperfectionis: In diuinis autem nihil eſt forma ſm rationem imꝑfectionis: ſed inquantū eſt quo illud in quo eſt ipā: eſt tale: cui quidē ꝓpter ſui infinitatē eſt ꝑfecte idem

Si obijcis. quō aliquid eſt formaliter ſapiens ſapiētia. ſi ſapiētia nō eſt forma eius: Rñſio. Corpus eſt animatū quaſi denoīatiue q2 aīa eſt forma ei9. Homo dicit̄ aiatus nō denoīatiue ſed eſſentialiter. q2 eſt aliquid eius. Non igit̄ requiritur aliq̄d eſſe formā informantē aliquid vt ipm̄ ſit tale ꝑ ipām. q2 forma non eſt forma informās totū. qd̄ tñ dr̄ formal'r tale ꝑ tꝑoꝝ: ſȝ ſufficit vera idētitas ipoꝝ.

Ad .ij. dubiū. Ad ſecūdū dico ꝙ eodē dicit deus ſa-
piens ⁊ magn⁹. q2 magnitudo ⁊ ſapien-
tia ſunt pfectiōes ſimplr ⁊ eiuſdez ratio-
nis: q2.ſ.pfectiōes q̄ditatiue ſeu eſſentia
les.nō ſic eodem mō eſt deus ⁊ pr̄. q2 pa
ternitas non eſt pfectio ſimplr: nec eſt rō
Ad .iij. q̄ditatiua ſed pſonalis. Ad tertiū: ꝙ li
cet ex infinitate ſit vera identitas vni⁹ ra
tionis ad aliā: nō tn̄ ſequit ꝙ ſit formal.

Cōtra. Veriſſima identitas eſt ponē-
da in deo.ſed formalis eſt verior ꝗ̄ iden
tica tm̄.ergo eſt ibi ponēda. Concedo
ꝙ verior vnitas eſt ibi ponēda q̄ eſt poſ-
ſibilis poni.licet aūt ibi ponat vnitas vt
identitas formalis aliq̄: vt patet diſt.iiij.
nō tn̄ eſt poſſibilis poni identitas forma
lis cuiuſcunq; ad q̄dcunq;. Secūdo di-
co ꝙ ex hoc medio pōt argui pro oppoſi-
to.quia oīs vnitas ſimplr pfectionis eſt
ibi ponēda.talis eſt identica ſine forma-
li.quia eſt ſimplex et illimitata: vt patz ex
p̄cedentib⁹.formalis aūt nō ponit illimi
Ad ar. pnci. tationē. Ad argumētū principale Cō
cedo ꝙ in creaturꝫ nō eſt vera predicatio
abſtracti de abſtracto: niſi p ſe p̄mo mō.
q̄a ibi abſtrahēdo realitates q̄ ſunt in eo
dem: puta realitates generꝫ ⁊ differētie:
et cōſiderādo eas p̄ciſiſſime: vtraq; eſt fi
nita.et ſic neutra eſt pfecte eadem alteri.
Nō eīm ſunt aliq̄ mō eadē inter ſe: niſi p-
pter tertiū cui ſunt eadē. et ideo ſi ſubtra
hunt a tertio: nō remanet cauſa identita
tis eoꝝ: q̄re nec cauſa veritatis ꝓpoſitio-
nis vniētꝫ extrema iſta. Hec igit eſt fal
ſa: animalitas eſt rōnalitas: et econtra.

Oppoſitū eſt in deo. q2 abſtrahēdo ſa-
pientiā a q̄cunq; qđ eſt extra rōnez ſapie
formalit: et bonitatē ſilr: remanet vtraq;
q̄ditas p̄ciſe ſumpta formalr infinita. Et
ſic remanet rō identitatꝫ extremoꝝ ꝓpter
infinitatez formalem vtriuſq;. Et ꝙ illa
ſit rō p̄dicatiōis p identitatē: ſignū eſt ex
hoc ꝙ nō cōcedit iſta: paternitas eſt ina-
ſcibilitas: neq; vt vera formalit: neq; vt
vera p identitatē. Iſta aūt ꝯcedit: pater-
nitas eſt deitas: et ecōuerſo. Cui⁹ rō eſt.
q2 abſtrahēdo paternitatē ⁊ inaſcibilita-
tē ab eſſentia ſiue a ſuppoſito: neutruz eſt
formaliter infinitū.et ideo neutꝝ in rōne
ſua ſic abſtractū includit rōnez identitatꝫ
eius ad alteꝝ. ſed abſtrahēdo deitatez et
paternitatē q̄ntūcūq;: remanet adhuc al
terū extremū formalr infinitū. quia infi-
nitas eſt rō ſufficiens identatꝫ extremoꝝ
et p ꝯñs veritatꝫ cōpoſitiōis affirmatiue
In iſta aūt: deitas eſt bonitas: remanet
infinitas non tm̄ in vno extremo: ſed in
vtroq;. ideo eſt h̄ veritas ꝓpter identita-
tē incluſam ꝟtualiter in vtroq; extremo.

Ex p̄dictis patet ꝙ in diuinis rema-
nent duo modi p̄dicandi. Unus eſt a ſe
ſeu q̄ ad p̄dicata eſſentialia: ali⁹ eſt ad ali
quid ſeu q̄ ad predicata pſonalia vel rela
tiōes. Circa p̄dicta poſſet dubitari an Dubitatio.
hec ſit vera: hūanitas eſt aialitas. Re-
ſpōdeo ꝙ nō. q2 aialitas eſt ps hūanita-
tis. pars aūt n̄ p̄dicat de toto. Sed ꝯ
Anial eſt ps hoīs: et tn̄ iſta eſt in primo
mō dicendi p ſe: hō eſt anial. Rn̄deo ꝙ
pars bn̄ p̄dicat de toto in cōcreto. q2 cō-
cretū ſignificat p modū totius: eoꝙ con-
cernit ſuppoſitū. nō ſic in abſtracto. q2 au
fert iſte modus. Sed ꝯtra. Hec ē ve-
ra p̄mo mō dicendi p ſe: albedo eſt color.
et tn̄ color eſt ps albedīs: cū realitas a q̄
ſumit gen⁹ ſit potētialis ad realitatē a q
ſumit differentia: per quā differt albedo
a nigredine: et ibi predicatio abſtracti de
abſtracto. Rn̄deo ꝙ albedo ⁊ color nō
ſunt abſtracta vltimata abſtractiōe. q2 lꝫ
abſtrahāt a ſubiecto: nō tn̄ a ꝓprio indi-
uiduo. ſicut nec anīal abſtrahit a ſuppoſi
to ꝓprie nature. hūanitas ꝟo ⁊ aialitas
ſūt abſtracta vltimata abſtractiōe: vt pa
tuit di.v. et ideo illa nō eſt vera: humani
tas eſt aialitas. Ad euidentiā predi-
ctoꝝ Notandū ꝙ eſſentiale in diuis non
diſtinguit ꝯ accidentale: cū nihil deo ac-
cidat. ſed diſtinguit ꝯtra notionale. Un̄
illa ſunt eſſentialia in diuis q̄ habēt mo-
dū p̄dicandi eſſentie: et ſunt cōia trib⁹ p-
ſonis: vt ſunt potentia: ſapiētia: demētia
Notionalia aūt dicūt p q̄ notificat diſtin
ctio pſonaꝝ: ⁊ ſic n̄ ꝯueniūt trib⁹ pſonis
vt inaſcibilitas: generatio actiua: genera-
tio paſſiua: ſpiratio actia: ſpiratō paſſiua

E immutabili- q̄ſtio .v.

D tate dei de q̄ tractat mgr̄ in ſe

cunda pte huius diſtinctiōis:q̄ro Utrū
ſolus deus ſit imutabilis. Q̄ᵒ non. De/
us aliter ſe habet nūc q̄ꝫ prius.ḡ mutat̃.
Conſeq̄ntia eſt nota.q: mutari ē aliter ſe
habere q̄ꝫ p̄us Probat̃ añs.q: de ñ creā
te fit creans. Itē Sap.vij.dr de ſapien/
tia increata: Oib⁹ mobilib⁹ mobilioꝛ eſt
ſapia. Itē Uniuerſalia ſunt imutabilia:
cū ſint vbiq̄ꝫ ⁊ ſemp(ex.j.poſte.)ergo nō
ſolus de⁹. In oppoſitū dicit̃ in epiſto/
la ad Tim.q̄ ſolus deus habet imoꝛta/
litatē.i.imutabilitatē ſm Aug. Uñ etiā
ait Grego. Oia in nihilū redigerent̃:niſi
ab ipſo manutenerent̃ ⁊ conſeruarent̃.

Rñdeo q̄ ſolus deus eſt immutabilis

Rñſio. Oīs ex cluſiua hȝ du/as par/tes.

Hec excluſiua habet duas ptes. Prima
eſt q̄ deus eſt imutabilis. Scda q̄ nihil
aliō a deo eſt imutabile. Prima ps ꝓba
tur.q: cū deus ſit ſūme ſimplex (vt ꝓba/
tū eſt) ideo nō pōt mutari ad aliquā foꝛ/
mā que in ipſo recipiat̃.q: etiā eſt neceſſa
rie eſſe: vt patȝ ex p̄mitate efficiētie. di.ij.
q.ij.ideo nō pōt mutari ab eſſe in nō eſſe
nec a non eſſe in eſſe.que mutatio dr p̄ſio
a Damaſc.igit̃ mutatiōe omni ſiue ſub/
ſtantiali ſiue accidentali:eſt de⁹ ſimplicit̃
imutabilis. Sed ps negatiua illi⁹ ex/
cluſiue.ſ.q̄ nihil aliud a deo eſt imutabi/
le:maioꝛē habet difficultatē. In hoc em̄
theologi a phis diſcoꝛdant. Poſuerunt
em̄ Ariſt. ⁊ Auicen.deū neceſſario ſe ha/
bere ad alia extra ſe. Ex q̄ falſo fundamē
to ſequit̃ q̄ q̄dlibet aliud neceſſario ſe ha
bet ad ip̄m: qḋ q̄ſi imediate cōparat̃ ad
ip̄m.vel non mediante motu. cuiuſmodi
ſunt intelligentie ⁊ coꝛpa celeſtia. et ſic ta
lia poſuerūt neceſſaria. q: illud eſt neceſ/
ſariū ad qḋ neceſſario ſe habet neceſſariū
Uariabilitatē aūt generabiliūȝ ⁊ coꝛru/
ptibiliū poſuit Ariſto. q: mediāte motu
generabilia ⁊ coꝛruptibilia diffoꝛmit̃ cō/
parant̃ ad p̄mū mouens ꝓpter diffoꝛmi/
tatē motuū coꝛpoꝝ celeſtiū ⁊ varios ipſo

Arg. p opini.

rū influx⁹. Pꝛo iſta opinione argiut̃ ſic
In oi differentia entis neceſſitas eſt ꝑfe
ctioꝛ q̄ꝫ contingentia. Pꝛobat̃.q: neceſſi/
tas eſt ꝑfectioꝛ in ente in ſe.ḡ ⁊ in oi diffe
rentia entꝭ.igit̃ in illa differentia entꝭ q̄ eſt
cauſa:neceſſitas eſt ꝑfectioꝛ ꝯtingētia ꝑ/
fectiſſima.ḡ cauſa neceſſario cauſat. Pu/
ta ſi primū cauſans naturaliter cauſaret:
cauſaret neceſſario. et tunc neceſſitatē da
ret ſuo cauſato. ſed nulla ꝑfectio tollitur
a cauſato ꝓpter modū cauſandi ipſi⁹ cau/
ſantis eque ꝑfectū. cauſare aūt volunta/
rie nō eſt modus cauſandi minus perfe/
ctus q̄ꝫ cauſare naturalit̃. igit̃ ꝓpter hoc
qḋ ē cauſare volūtarie nō tollit̃ aliq̄ ꝑfe/
ctio effectui.igit̃ cauſa cauſans volūtarie
poteſt dare neceſſitatē effectui. Conf.r

Cōfir/matio.

mat̃ ratio.q: ſi cauſaret naturaliter: poſ/
ſet pꝛoducere plures differētias entis.ſ.
poſſibile ⁊ neceſſariū. ſi aūt cauſans vo/
luntarie nō poteſt cauſare niſi tm̄ ens cō
tingēs:videret̃ eſſe cauſa imꝑfecta. quia
tunc cauſalitas eius non ſe extenderet ad
tot effect⁹ ad quot extenderet ſe: ſi natu/
raliter cauſaret. Itē. Aliq̄ cauſa neceſ/

Ar. ij.

ſario cauſat.igit̃ pꝛima cā neceſſario cau/
ſat. Añs videt̃ māifeſtū ꝓpter mltas cau
ſas naturales que neceſſario cauſant ſu/
os effect⁹. Conſeq̄ntiā ꝓbo. quia in eſſen
tialiter oꝛdinatꝭ poſteri⁹ nō poteſt habe/
re neceſſitatē niſi p̄us habeat. ſed cōnexi/
ones cauſatoꝝ ad cauſas ſuas ſunt eſſen
tialiter oꝛdinate. igit̃ nulla talis cōnexio
eſt neceſſaria:niſi iſta q̄ eſt p̄mi cauſati ad
ſuam cauſam ſit neceſſaria. Cōtra iſtā

Arg. j. contra Phos.

concluſionē argiut̃. Si p̄ma cauſa neceſ/
ſario cauſat p̄mū cauſatū:tūc nō erit ſim
pliciter neceſſaria. quia poterit nō eſſe cir
cūſcripto alio a ſe. Pꝛobat̃. quia hñs ne/
ceſſariā habitudinē ad aliqd:nō eſt:illa
habitudine nō exiſtente. Nō exiſtēte autē
extremo: nō exiſtit iſta habitudo. et ſic ñ
exiſtēte p̄mo cauſato: nō erit p̄ma cauſa.

Preterea aliq̄d malū fit in vniuerſo.ḡ
deus nō neceſſario cauſat. Añs cōcedūt

ij. arg.

phi. Pꝛobat̃ cōſeq̄ntia.q: agens neceſſa
rio ꝓducit effectū ſuum in ſuſceptiuū q̄n/
tum pōt ꝓduci in eo: cū agat ſm vltimū
potētie ſue. Effect⁹ p̄mi eſt bonitas ⁊ ꝑfe
ctio.igit̃ ſi neceſſario agit: neceſſario ꝓdu
cit bonitatē in q̄libet q̄ntū ip̄m ſuſcepti/
uum pōt recipe.ſed habēs bonitatē tan/
tā q̄nte ipſe eſt capax:nullam maliciā ha
bet.igit̃. Dico ḡ q̄ꝫtū ad iſtā partē q̄
nihil aliō a deo eſt imutabile loquendo
de mutatione q̄ eſt p̄ſio. quia nihil aliud
eſt foꝛmaliter neceſſariū.q̄dlibet etiā aliō

eſt mutabile ſubiectiue niſi ꝓpter impfe-
ctionē negatiuā: puta vltimū accidēs: vt
aliq̄ relatio q̄ nō pōt eſſe ſubiectū alicui⁹.
q: tale eſt impfectuȝ negatiue.i.nō capax
alicuius pfectionis. Et ſic forte intelligit
auctor ſex pn. ꝙ forma eſt inuariabili eſſe
cōſiſtens. loqtur em̄ ibi de forma vt con-
uenit ſex vltimis pdicamētꝫ: q̄ ſunt reſpe
ctus extrinſecus aduenīetes: ſm Scotū
pᵢⱼ.di.iiij.ſniaꝝ. Et ideo de ipſ tractatu-
rus: illā diffinitionē forme pmittit. Ta-
lia aūt ſunt inuariabilia ſubiectiue: q̄ for-
te ꝓpter ſui minimā entitatē non pñt eſſe
ſubiectū alioꝝ accidentiū. Nihil etiā aliḋ
a deo ꝓpter ſui pfectionem eſt immutabile.
q: ſi aliqd eſſet tale: hoc maxime eſſet ali
qs angelus. ois aūt angelus eſt mutabi-
lis ſubiectiue. q: cum nō oīa ſimul intel-
ligat: mutaꝛ ab intellectiōe in intellectio-
Ad ar. nē. Ad argumenta pro op. pḃoꝝ. Ad
ꝓ opi. pmū dico: ꝙ neceſſariū eſt pfectior condi
tio ꝗ̄ poſſibile in oī entitate cui conditio
neceſſitatꝭ eſt cōpoſſibilis: nō aūt in enti-
tate cui repugnat: repugnat aūt oī reſpe-
ctiui ad poſteri⁹. q: ex q̄ omne poſteri⁹ eſt
nō neceſſariū: pmū nō pōt habere neceſ-
ſariā habitudinē ad aliqd eoꝝ. et ſic repu
obiectō gnat rōni cauſe vt cauſa. Contra hoc.
In multꝭ diuiſiōibꝫ entꝭ alterū diuidēs
eſt pfectū ꝛ alteꝝ impfectū. extrema aūtē
pfecta ſe cōcomitanꝛ. Exemplū. Si diui
daꝛ ens p finitū ꝛ infinitū: p neceſſariū et
poſſibile: p potentiā ꝛ actū: actus: neceſſi
tas: ꝛ infinitas ſe cōcomitanꝛ. Cum ḡ in
diuiſione entꝭ p cauſam ꝛ cauſatuȝ cauſa
ſit pfectius extremū ſtabit cū neceſſitate.
Rñſio. Rndeo ꝙ diuidētia pfectiora ſe cōcomi-
tanꝛ que dicunt pfectiōeȝ ſimplr ꝛ ad ſe:
vt ſunt actus ꝛ infinitas: ꝛ hmōi. nō aūt
illa q̄ dicunt reſpectuȝ ad aliqd poſteri⁹.
q: habere neceſſariā habitudineȝ ad ali-
quid tale nō eſt pfectiōis. q: nō ſtat cum
pfecta neceſſitate ei⁹ qḋ dicitꝛ habere talē
habitudinē. Hoc cōfirmaꝛ. q: talis ha-
bitudo nō eſt formaliter infinita: cū tñ īfi
nitas ſit nobili⁹ extremuȝ in diōne entis.
Ad cō- Ad aliud: cum dr: ſi naturaliter cauſa-
firma. ret: ergo neceſſario cauſaret. Concedo: ſic
ex antecedente includēte impoſſibilia ſe-
quitꝛ ꝯñs includens impoſſibilia. In an
tecedente em̄ repugnat ei qḋ eſt cauſare
modus ille q̄ eſt naturaliꝛ. q: cauſare di-
at ꝓductionē diuerſi in eſſentia: et ita cō-
tingentꝭ. Naturaliter ṽo dicit modū cau
ſandi neceſſariū: ꝛ ita reſpectu neceſſarij.
Et ita ſequitꝛ ꝯñs ſimul includēs duo op
poſita. Et cū additꝛ ꝙ nulla pfectio tolli-
tur a cauſato ꝓpter modū pfectioreȝ cau-
ſandi ipſi⁹ cauſe: Cōcedo. quia nec mod⁹
cauſandi volūtarie tollit aliquā pfectiōeȝ
a cauſabili ſibi poſſibilē. ſȝ tollit a cauſa-
bili neceſſitatē q̄ eſt in ſe pfectio ſed incō-
poſſibilis cauſabili. et dat pfectiōeȝ cau-
ſato cōpoſſibilē ſibi: ſicut volūtarie etiā ī
cauſatōe dicē modū cōpoſſibilē cauſatiōi.
Per hoc apparet ad cōfirmatiōeȝ de plu
ribꝫ differentijs entꝭ ꝓducētibꝫ. Ens ei
cauſabile nō pōt hr̄e differētias iſtas ne
ceſſariū ꝛ poſſibile: ſed oē cauſabile eſt tm̄
poſſibile. et ideo ñ eſt pfectiōis in cā poſ-
ſe cauſare iſtos plures differentias. q: ad
poſſibile nulla potētia. ſimilr ſi p incom-
poſſibile naturalr cauſaret: ꝛ ideo neceſſa
rio nō ꝓduceret plures differētias entis
q: tm̄ ꝓduceret neceſſaria nō ꝯtingentia
Ad vltimū dico ꝙ cā ſcḋa ñ cauſat ne- Al vlt.
ceſſario neceſſitate ſimplr ſed tm̄ ſm qd.
Prima ps patꝫ. q: ſcḋa cā nō cauſat niſi
pma cā concauſante cauſatū ei⁹. et h pri⁹
naturalr ꝗ̄ ipſa ꝓria cā cauſet. pma aūt
nō cauſat niſi ꝯtingēter. ḡ nec ſcḋa: cū de
pēdeat a cauſatione pme. Scḋa ps. ſ. de
neceſſitate ſm qd: patet. q: mlte cauſe na
turales q̄ntū eſt ex pte eaꝝ ñ pñt nō cau-
ſare ſuū effectū. ꝛ ſic eſt neceſſitas ſm qd:
non tñ ſimplr. ſic ignis q̄ntū eſt ex pte ſui
nō pōt nō calefacere. tñ abſolute pōt nō:
deo cooꝑante. vt patet de tribꝫ puerꝭ in
camino ignis. Ad arg. pncipalia Ad Ad ob
pmū: cū dr ꝙ de⁹ ſe hȝ aliꝛ ꝗ̄ pri⁹: q: de iecta
nō creāte fit creās: Dico. ꝙ illud eſt veꝝ pna.
in agēte creato qḋ agit actiōe alia a ſe. ta
le em̄ cū de ñ agēte fit agēs aliꝛ ſe hȝ ꝗ̄
pri⁹. q: aduenit ſibi noua actio et ſic mu-
taꝛ. Nō ſic ī ꝓpoſito. q: de⁹ volitiōe eadeȝ
ſibi q̄ voluit ab eīno res eē p alio tpe: ꝓ-
duxit res ipſas. Licȝ aūt ab eīno volue-
rit ipſas res eſſe: nō tñ ab eīno dr creare.
ſed dr creās p tpe p q̄ voluit ipſas eſſe.
Cōtra h Impoſſibile ē ꝙ ſic mīſu⁹ a cō

tradictorio in cõtradictoriũ ſine mutati-
one. creans ⁊ nõ creans cõtradicũt. ergo ⁊c.
Rñdeo ꝙ eſt mutatio nõ in deo ſed in
creatura q̄ accipit nouũ eſſe. ſic lapis de
nõ cognito fit cognit⁹ nõ mutatione ſui:
ſed mutatõe intellect⁹ cognoſcẽtꝭ. Ad
ſecundũ dico ꝙ ſapientia increata dr̄ mo
bilior oib⁹ mobilib⁹ ꝓpter velociſſimum
influxũ quo influit in creaturã. Ad ter
tiũ dico ꝙ vniuerſalia dicunt̄ eſſe vbiqꝫ ⁊
ſꝑ: q: ſaluant̄ in q̄libet ſingulari et ſic ſũt
in oi loco ⁊ tpe in q̄ ſunt ſingularia. ſed il
lud non concludit ipſa eſſe immutabilia: cũ
mutent̄ ad mutationẽ ſingulariũ.

Diſt. ix. # Circa diſtin

ctionẽ nonã quero Utrũ ge-
neratio filij ſit eterna in diui-
nis: Q, nõ arguit̄. q: vbi eſt idem: eſſe ⁊
duratio. ſi aliq̄d eſt ṗncipiũ eſſe: ⁊ dura-
tionis. ſed pater eſt ṗncipium eſſe filij: q:
ṗncipiũ deitatꝭ ſm Aug. iiij. de tri. xvij.
igit̄ eſt ṗncipiũ durationis filij. et ſic n̄ erit
eterna. Preterea ſi generatio eſt et̃na.
ergo fili⁹ ſemꝑ generat̄. ergo nunq̄ eſt geni-
tus. et ita nunq̄ eſt fili⁹. He due ↄſeq̄n-
ne ꝓbant̄ ꝑ Aug. lxxiij. q. Qđ ſꝑ naſcit̄
nunq̄ natũ eſt: et vltra. qđ nunq̄ natum
eſt: nunq̄ eſt filius. igit̄ ſi filius ſꝑ naſcit̄
In op. nunq̄ eſt fili⁹. Oppoſitũ. Ambro. j. đ
trini. c. vj. ⁊ ponit̄ in lr̃a. Si ꝑus erat de-
us ⁊ poſtea genuit: generationis acceſſiõe
mutat⁹ eſt. Auertat deus hãc amentiã.
ſemꝑ igit̄ habuit filiũ. Ad q̄ſtionẽ di-
Rñſio. co ſic. ꝙ generatio nõ eſt ibi ſub rõne mu
tationis: ſicut dictũ ẽ di. v. et ideo nõ ſũt
ibi termini correſpõdẽtes mutatõi. ſ. eſſe
poſt nõ eſſe: q̄ termini repugnãt eternita-
ti. ſed eſt ibi generatio ſub rõne ꝓductio-
nis. Dicit̄ aũt ꝓductio filij generatio. q:
ꝓducit̄ ꝑ modũ nature: vt dictũ eſt di. ij.
Eſt em̄ generatio ꝓductio in eſſe ſubſtã-
tie ꝑ modũ nature. q: vt ait Damaſc. ge
neratio ẽ op⁹ nature. Ex h̄ oñdo ꝙ ſit et̃-
na. q: agens oino ſufficiẽs: hoc ẽ: a nullo
depẽdens ⁊ ꝓducẽs ꝑ modũ nature: ha-
bet ꝓductiõeꝫ ſibi coeuã. pr̄ et̃n⁹ ẽ hmõi.
igit̄ habet generationẽ ſibi coeuã. maior
patꝫ ꝑ illud exemplũ Aug. vj. de tri. Si
ignis eſſet eternus: haberet ſplẽdorẽ ſibi
coeuũ ⁊ coeternuꝫ. Cõfirmat̄ iſta ſolutio
relinq̄ndo ea q̄ ſunt imꝑfectõis in creatu
ris ⁊ accipiẽdo ea q̄ ſunt ꝑfectõis. In ge
nerationib⁹ em̄ ſucceſſiuoꝝ hoc ẽ imꝑfe-
ctiõis ꝙ nõ manẽt: ſed tm̄ hñt eſſe in flu-
xu partꝭ poſt ꝑtem. hoc aũt eſt ꝑfectõis:
ꝙ dũ fiũt ſunt. In generatiõe ꝟo ꝑmanẽ
tiũ hoc eſt ꝑfectõis ꝙ manẽt: ⁊ imperfe-
ctionis ꝙ dũ fiunt nõ ſunt. Aggregãdo
igit̄ ꝑfectiões habet̄ genitũ: qđ eſt dũ ge
nerat̄ ⁊ habet eſſe ꝑmanẽs. et hoc ẽ geni-
tũ generari ⁊ ꝑfecte eſſe in nũc eternitatis
qđ eſt ꝑfecte ſtans. et ſic eſt ꝓpoſituꝫ. Di-
ſtinguunt̄ aũt pater ⁊ fili⁹ realiter. q: ſm
Aug. j. de tri. Nulla res ſeipaꝫ gignit vt
ſit. ſunt em̄ due res nõ eſſentialr̄ ſed ꝑſo-
nalit̄. q: ſcꝫ non ſunt due eſſentie ſed due
ꝑſone ſeu duo ſuppoſita. ſpũs aũt ſanct⁹
eſt tertiũ ſuppoſitũ ab ipſis ꝓductũ ⁊ rea
liter diſtinctũ. Ad argumẽta. Ad pri- Ad ar. primũ.
mũ dico ꝙ ṗncipiũ põt ſumi originatiue
vel initiatiue. Primo mõ ſumẽdo ṗncipi
um: concedo ꝙ pater eſt ṗncipiũ origina-
tiuũ ⁊ eſſe filij ⁊ durationis. et de hoc ꝓce-
dit argumẽtũ. nec tale ṗncipiũ repugnat
eternitati. Principiũ ꝟo ſecũdo mõ ſum-
ptũ ꝓ ṗncipio initiali: ſicut inſtans eſt ṗn
cipiũ tp̄is: repugnat eternitati. et ſic nõ ẽ
in deo. Ad ſecundũ dico ꝙ Aug. dicit Ad. ij.
ꝙ illud qđ ſemꝑ naſcit̄ nunq̄ natum eſt:
intelligit de generatiõe eo mõ quo ẽ i cre
aturis: vbi non ſunt ſimul naſci ⁊ natum
eſſe. et ſic intelligẽdo dicit ꝙ nõ poſſum⁹
dicere: ſemꝑ naſcit̄: ne imꝑfectũ aliq̄d vi-
deat̄. vbi nõ intẽdit negare q̄n illa ſit ve-
ra: fili⁹ ſꝑ naſcit̄. ſed vult dicere: ꝙ iſta nõ
ita ſignificat generationẽ eſſe ꝑfectã: ſicut
illa: ſemꝑ natus eſt. Ad cui⁹ intellectũ
ſciendũ ꝙ ꝟba cuiuſcũqꝫ tp̄is dicunt̄ de
deo vere: ſiue ſignificent act⁹ ꝑſonales ſi-
ue eſſentiales. Un̄ Aug. ſuꝑ illud Joh.
Nõ em̄ loquet̄ a ſemetipo: ſed q̄cũqꝫ au-
diet loquet̄. Audiet inq̄t de ſpũſctõ: qđ
vtiqꝫ audiuit ⁊ audit. q: ſpũſſcti audire ẽ
a patre filioqꝫ ꝓcedere. et ꝑ ↄñs q̄ audiet
audiuit ⁊ audit. Uult ergo dicere ꝙ verba
oim tẽpoꝝ vere dicunt̄ đ deo. Talia aũt
verba dicta de deo cõſignificãt nunc eter
nitatis q̄ntũ coequat partib⁹ tẽporis: vt

cum dicit͛: deus genuit: ſenſus eſt ꝙ de⁹ habet actum generatiõis in nunc eterni-tatis ineꝗ̃tũ coexiſtebat p̃terito. De⁹ ge-nerat. hoc eſt: habet actũ in nũc eternitatꝫ ineꝗ̃tum coexiſtit p̃ſenti. Ex hoc patet ꝙ cum illud nunc vere coexiſtat cuilibet dif-ferentie tp̃is: vere dicunt͛ de deo differẽ-tie oim tempoꝝ. Exp̃ſſius tñ ſm Greg. ſignificat͛ diuine generatiõis veritas per hunc ſermonẽ: ſemꝑ natus eſt: ꝗ̃ ꝑ hunc ſermonẽ: ſemꝑ naſcit͛. quia ꝑ ly natus ſi-gnificat͛ natiuitas vt ꝑfecta. per ſemꝑ ſi-gnat͛ vt ꝑfecta cum omni parte tp̃is. Et ita nõ tm̃ ſignat͛ omni pti tp̃is coexiſtere ſicut ſignat͛ ꝑ iſtam: ſemꝑ gignit͛. ſed etiã omni parti tp̃is coexiſtere ſub rõne ꝑfe-cti. et in hoc videt͛ exp̃ſſiſſime ſignari ve-

Alia ꝟ-bi di ge-neratio-nis de-claratio

ritas hui⁹ proceſſiõis. Aliter declarat͛ ꝟbi diuini generatio a Scoto. xij. q. q̃dl. vbi dicit ꝙ ſicut creatura licꝫ ſit ꝑmanẽs ſemꝑ ẽſt in fieri: hoc eſt actu depẽdens a cauſa dãte eſſe ⁊ nunꝗ̃ in facto eſſe: hoc eſt in actu ſeparato ⁊ independẽte a dante eſſe: nõ tñ eſt in fieri nouo ⁊ nouo. ſed per oppoſitũ eſt in eſſe ꝑfecto. i. complete ac-cepto ſine nouitate. Sic ſuo mõ põt dici de verbo diuino quod ſemꝑ exit a patre eterno: ſine tñ depẽdẽtia. qꝛ vbi eſt depẽ-dentia proprie ſumpta: ibi eſt alia ⁊ alia natura.

Diſt. x.

Circa diſtin-

ctionẽ decimã q̃rit͛ Utrũ ſpiri-tuſſanct⁹ ꝓducat͛ ꝑ modũ vo-luntatꝫ: Qꝫ nõ. qꝛ ſpũſſctũs eſt ſimilis ꝓducenti. g̃ ꝓducit͛ ꝑ naturã ⁊ nõ ꝑ volũ-tatẽ. Cõſeq̃ns ꝓbat͛. qꝛ natura eſt vis in-ſita rebꝫ: ex ſimilibꝫ ſilia ꝓcreans. ſm cõ-munẽ deſcriptionẽ nature. Itẽ. Si ſpi-ritusſanct⁹ ꝓduceret͛ ꝑ modũ volũtatis: tunc p̃cognoſceret͛ añ ſui ꝓductiõeꝫ. Añs eſt falſum. Probat͛ ꝯña. qꝛ nihil volitũ niſi p̃cognitũ. xij. de tri. ca. ij. Falſitas aũt ꝯñtꝫ patet. qꝛ ſi p̃cognoſceret͛: tũc vel intu-itiue: vl' abſtractiue. Nõ intuitiue. qꝛ illa eſt cognitio rei vt exiſtẽs ẽ. Nec abſtracti-ue. qꝛ illa cognitio eſt impꝑfecta: et ſic non eſt ponenda in deo. Cõtra. Aug. v. de tri. ca. xvij. Spũſſctũs exiuit a patre non quõ natus ſed quõ datus. Exire ꝑ mo-dũ dari vel doni competit ꝓducto ꝑ mo-dũ volũtatꝫ cui⁹ eſt ex liberalitate ſua da-re. Ad q̃ſtionẽ dico ꝙ ſicut patꝫ ex ſe-cũda parte ſcd̃e diſtinctiõis: vbi agit͛ de ꝓductiõe in diuinis. et ſic poteſt declarari. **Rñſio** Sicut eñ volũtas creata eſt p̃ncipiũ ꝓ-ducendi amorẽ tm̃: q̃ntũ amore ipſa põt amare obiectũ q̃ dicit͛ amor adequatus: ita volũtas diuina habens obiectũ dili-gibile ibi p̃ſens eſt p̃ncipiũ ꝓducẽdi tan-tũ amorẽ q̃ntum ipſa nata eſt amare ob-iectũ. Ipſa aũt nata eſt amare obiectum infinitũ amore infinito. igit͛ nata eſt eſſe principiũ ꝓducendi amorẽ infinitũ. nihil aũt eſt infinitũ niſi ſit eſſentia diuina. igit͛ iſte amor eſt eſſentia diuina. Ille aũt amor ꝓduct⁹ non eſt nat⁹ eſſe forma inherens. qꝛ nihil tale eſt in diuinis. g̃ eſt ꝑ ſe ſubſi-ſtens. et nõ idem ſubſiſtens cũ ꝓducẽte: qꝛ nihil ꝓducit ſe. j. de tri. c. j. g̃ eſt ꝑſona-liter diſtinctũ. Hanc ꝑſonã dico ſpm̃ ſan-ctum. qꝛ fili⁹ nõ ſic ꝓducit͛: vt patet di. vj ſed ꝑ actum nature ſiue intellect⁹. Hic tñ ſunt duo dubia. Primũ: quõ volun-tas poteſt hĩ eſſe p̃ncipium cõicandi natu-rã: cum ita nõ ſit in creaturꝫ: Rñdeo ꝙ **Primũ dubiũ** hoc nõ cõpetit volũtati vt cõiter ſumpta ad voluntatẽ creatã ⁊ increatã. ſed volũ-tati vt infinita eſt. Quia eñ vt dictũ eſt ipſa eſt nata amare obiectũ infinitũ infi-nito amore. igit͛ eſt ꝓductiua infiniti amo-ris. q̃cq̃d aũt eſt infinitũ formalr̃ eſt diui-na eſſentia. ergo ipſa volũtas eſt p̃ncipiũ cõicandi eſſentiã diuinã amori ꝓducto.

Scd̃m dubiũ Secundũ dubiũ eſt: quõ ꝓductio ſpi-ritusſcti eſt neceſſaria: cum volũtas ſit li-bera: Rñdeo ꝙ neceſſitas hui⁹ ꝓductio-nis ꝓuenit ex infinitate volũtatis: ⁊ ex in-finitate bonitatꝫ obiecti. qꝛ neutrũ ſine al-tero ſufficit ad neceſſitateꝫ. Iſta aũt duo ſufficiũt hoc mõ. qꝛ voluntas infinita nõ poteſt nõ eſſe recta: nec põt nõ eſſe ĩ actu. qꝛ tunc eſſet potẽtialis. g̃ neceſſario eſt in actu recto. Eſſentia ꝟo diuina que eſt p̃-mũ obiectũ illius volũtatꝫ eſt ex ſe volen-da. g̃ volũtas de neceſſitate eſt in actu re-cto volẽdo illud obiectũ qd̃ eſt ex ſe recte volendũ. Et ſicut ex neceſſitate eſt p̃nci-pium volẽdi: ita ex neceſſitate eſt p̃ncipiũ

produccēdi amorē illius. Tūc dico ꝙ nec ſola volūtas īfinita nō determinādo obiectū cuius ſit: nec ſolum bonū infinitū nō determinādo quā voluntatē reſpiciat vt obiectum: eſt totalis cauſa diligendi: nec etiā neceſſario ꝓducēdi amorē adeq̄tum. ſed infinita volūtas habēs tale obiectum quod eſt ex ſe recte amādū ꝑfecte p̄ſens eſt ratio neceſſaria tam volēdi illō bonū q̄ʒ ſpirandi amorē illiꝰ boni. Et talis voluntas habens tale obiectū p̄ſens eſt ꝑncipiū cōicandi naturā diuinam: q̄a ꝑncipium ꝓducendi amorē ꝓductū infinitū. Non eſt aūt ita qn̄ voluntas reſpicit bonū amabile finitum: qꝛ cōtiugenter tranſit circa ipm. Contra hoc arguiṫ.

objectō Principiare neceſſario ꝛ cōtingenter ſunt oppoſiti modi ꝑncipiandi. ergo non poſſunt cōpetere volūtati diuine. et ſic nō ſe habebit neceſſario ad intra et cōtingēter ad extra ſeu ad creaturas. Probaṫ ꝯn̄a. quia oppoſiti modi principiandi nō pn̄t vni principio cōpetere. Rn̄deo ꝙ ꝑncipiare naturalr̄ et libere opponunṫ: ex. ij.

Rn̄ſio physic. vbi natura diſtinguiṫ cōtra ꝓpoſitū. et ideo nunq̄ʒ cū libertate ſtat naturalitas: nec e cōuerſo. Nō ſic de ꝑncipiare neceſſario ꝛ cōtingenter. Vtrunq̄ʒ eīn ſtat cū libertate ꝛ cū naturalitate. Qꝰ eīn neceſſitas ꝛ cōtingentia ſtent cū libertate patet ex p̄cedentibꝫ. patet etiaʒ in beatis. Volūtas eīn bti libere ꝛ contingēter elicit actū dilectōis in deum q̄ntū eſt de ſe: cum hoc tn̄ ſtat neceſſitas beatitudinis a deo cōſeruāte ꝑpetuo volūtatē i tali actu. Qꝰ etiā ſtēt cū naturalitate: patʒ. Ignis eīn q̄ntum eſt de ſe neceſſario agit: nō tn̄ ſimpliciter ꝛ abſolute neceſſario agit. q̄a cum ꝑma cauſa cōtingenṫ cauſet: etiā qlibet cauſa cauſabit cōtingēter: ex q̄ſtiōe d̄ īmutabilitate dei. Vn̄ ꝑma cauſa nō coopante: ſcda nō agit. vt patet de tribꝫ pueris in camino ignis. Cōtra p̄dicta ar

replica. gu. et videṫ ꝙ ꝑncipiare neceſſario ꝛ ꝑncipiare naturalr̄ ſint idē: et ſimilr̄ de ꝑncipiare cōtingēter ꝛ libere. qꝛ illa ſunt idē q̄ꝝ eſt eadē diffinitio. ſed eadē eſt diffinitio ꝑncipiantꝫ neceſſario ꝛ naturaliṫ ꝛ libere ꝛ cōtingenter. g̃ ſunt idē. Probatur minor. qꝛ illud dicit ꝑncipiare neceſſario vel naturaliter qō nō pōt nō agere. ꝛ illō dicaṫ principiare cōtingēter vel libere qō qn̄q̄ʒ agit ꝛ qn̄q̄ʒ nō agit. Rn̄deo ꝙ minor eſt falſa. Ad ꝓbationē dico: ꝙ licʒ nō

Rn̄ſio. poſſe nō agere ſit diffinitio vl' deſcriptio neceſſario agētis vl' ꝑncipiantꝫ: nō tn̄ eſt diffinitio agentꝫ naturalis: cū hmōi deſcriptio cōpetat agēti libero: vt dictū eſt de volūtate bti qui nō pōt non diligere deū. Sed illud d̄r agens naturale: qō ex ſe determinaṫ ad vnā ꝑtem ꝯtradictiōis. Volūtas eīn bti licʒ n̄ poſſit nō frui: nō tn̄ eſt ex ſe ad hoc determinata: ſed a voluntate diuia vt dictū eſt. Licʒ etiā agēs ꝯtingēter qn̄q̄ʒ agat ꝛ qn̄q̄ʒ nō agat: hec tn̄ nō eſt deſcriptio agentꝫ libere: ſed dicaṫ agens a ꝓpoſito. vel libere qō pōt ſe determinare q̄ntū eſt ex ſe ad vtrāq̄ʒ ꝑtē cōtradictiōis. ſ. ad agere vel nō agere. Vn̄ licet ignis ꝯtingēter agat vt dictū eſt: nō tn̄ libere. Ad ꝓpoſitū igiṫ dico ꝙ voluntas diuina libere ꝛ neceſſario ꝓducit. q̄a neceſſitas ꝓductionis non eſt a volūtate vt volūtas. ſed ab infinitate volūtatis ꝛ

Ad ar. bonitatꝫ obiecti vt dictū eſt. Ad argumenta. Ad ꝑmū dico ꝙ ſpūſſctūs eſt ſimilis ꝓducēti nō ex vi ꝓductiōis ſue: ſed rōne eſſentie ſibi cōicate. Filius aūt ex vi productiōis ſue eſt ſilis ꝓducēti. qꝛ ꝓcedit ꝑ modū nature. et ideo d̄r imago patris. Ad ſecūdū dico ꝙ ſpūſſctūs in illo ꝑori ſigno origīs anteq̄ʒ itelligaṫ ꝓductus cognoſcaṫ intuitiue in eſſentia diuina: q̄ eſt ratio cognoſcēdi intuitiue q̄dcūq̄ obiectum intelligibile. ſic eīn trinitas cognoſcit creaturā intuitiue anteq̄ʒ ꝓducaṫ. Circa hanc diſtinctionē notandū

Spūs ī diuerſis reꝑitur. ꝙ hoc nomē ſpūs inueniṫ in corꝑibꝫ et in creatura intellectuali ꝛ in deo. Et in q̄libet hoꝝ poteſt ſumi: vel a ſpūalitate: vel a ſpiratione. Spūs in corꝑibꝫ ſm ꝙ d̄r a ſpūalitate diuidiṫ ꝯtra corpulētiā ꝛ groſſitiem et ſic d̄r ſpūs q̄ddam corpꝰ ſubtile mediāte q̄ aīa faciat opatōes ſuas in corpore. ſm aūt ꝙ d̄r a ſpiratiōe: ſic d̄r flatꝰ. Spiritus in creatura intellectuali ſm ꝙ dicaṫ a ſpiritualitate: dicaṫ ſuba rōnalis. ſm ſcḋo ꝙ dicaṫ a ſpiratiōe: dicaṫ amor. cuius rō eſt. quia ſpiratio in corꝑe eſt actus intrinſecus ꝛ actus vitalis habens origi

nem a calore. ſic in ſubſtãtia rõnali amor
eſt actus intrinſecꝰ: quia remanet i aman
te. et actus vitalis: quia eſt vita aie. Vñ
Spũſ⸗ſctũs a duobꝰ ſumi pt. Hugo in libro de arra ſpõſe. Scio aĩa
mea qꝛ vita tua dilectio eſt. Silr in diui
nis põt accipi ſpũs ſm ꝙ dr a ſpũalitate.
et ſic dr abſolute ⁊ cõuenit toti trinitati.
vel ſm ꝙ dicit a ſpiratione. et ſic cõuenit
illi ſoli pſone q̃ ꝓcedit vt amor. qa illa ſo⸗
la ſpirat: ⁊ quia eſt amor recte ⁊ ordinate
ſpiratus: ideo nõ tm̃ dicit ſpirit⁹: ſed ſpi⸗
ritusſanctus.

Diſt. xi

Circa diſtin

ctionẽ vndecimã quero Utrũ
ſpũſſanctus ꝓcedat a patre ⁊
filio: Q, nõ. Damaſce. li. j. Spũm ex pa
tre dicim⁹: ex filio vo nõ dicimus. Itẽ
In legẽda ſcti Andree dr ꝙ ſpũſſctũs ꝓ⸗
cedit a patre ⁊ pmanet in filio. g nõ ꝓce⸗
dit ab eo. Itẽ In q̃ttuor concilijs apd
grecos celebratꝫ vbi a ſanctꝫ pñbꝰ fides
eſt ſufficienter explicata: dicit ſpũſſanct⁹
procedere a patre. nec fit ibi mẽtio ꝙ ꝓce
dat a filio. g videt ꝙ procedat a ſolo pa⸗
tre: Item. Nihil tenendũ eſt vt articu⸗
lus fidei quod expſſe nõ habet in ſcptu⸗
ra noui teſtamẽti. ſed ibi nõ exꝓmit ꝙ ſpi
ritusſanctus ꝓcedat a patre ⁊ filio. igit.
Item. Dilectio in nobis nõ ꝓcedit a
vbo. qꝛ noticia non habet cauſalitatẽ re⸗
ſpectu volitiõis. ergo ſilr nec in prototy⸗
Rñ⸗o po. Cõtra. In ſymbolo Niceno: ex pa
tre filioq; ꝓcedit. Item Athanaſi⁹ in
ſymbolo. Spũſſanctus a patre ⁊ filio.
Greco⸗ In iſta q̃ſtione greci diſcordarũt a la
rũ ⁊ la⸗ tinis. ſed qcq̃d ſit de eis: ex q̃ eccl'ia catho
tinorũ lica determiat eſſe tenendũ tanq̃ de ſub
dĩa. ſtantia fidei ſpũmſanctũ ꝓcedere a pr̃e et
filio: ſicut patet extra de ſũma tri. ⁊ fi. ca⸗
tho. hoc firmiter tenendũ eſt. Ad hoc eſt
ratio talis. Habens pncipiũ pfectum ꝓ⸗
ductiuũ priuſq̃ intelligat habere ꝓdu⸗
ctum: põt illo pncipio ꝓducere: qñ. i. pn⸗
cipiũ eſt ita pfectũ ꝙ nõ dependet a paſ⸗
ſiuo: nec põt p aliqd impediri. Filius ha
bet voluntatẽ q̃ eſt pncipiũ amoris ade⸗
quati ꝓductiuũ. et habet ipm vt pintelli
git ꝓducto actu voluntatis. ergo põt co

producere. igit ⁊ producit. Probatio mi⸗
noris. Generatio et ſpiratio habent ali⸗
quẽ ordinẽ: ita ꝙ aliq̃ modo prius eſt ge
neratio ſpiratione. In illo priori cõmuni
cat genito ois pfectio diuina: ⁊ ita volũ⸗
tas. ergo habet tũc volũtatẽ vt porẽ ꝓdu
cto per actum voluntatꝫ. quia ad hoc nõ
intelligit ꝓductio aliq̃ pfecta p modũ vl'
per actum voluntatis. Aſſumptũ de or⸗
dine ꝓductionũ patet ex ordine potẽtia⸗
rũ. ſicut enĩ volũtas pſupponit intellectũ
in opando: ſic in ꝓducẽdo. Probat ſcdo
quia qñ actus pmi habent ordinẽ in ali⸗
quo: ſi vterq; ſit pfecte actiu⁹: habebunt
etiã ſimilẽ ordinẽ in elicendo actus ſuos
Addidi etiã: pfecte actiuus. ad excluden
dũ formã ſubſtantialẽ ⁊ q̃litatem in cor⸗
ruptibilibus. vbi licꝫ forma ſubſtãtialis
ſit actiua: et q̃litas ſimilit: et forma ſub⸗
ſtãtialis ſit prior q̃litate: tñ qualitas ha⸗
bet actum ſuũ prius. ſed hoc eſt ex impfe
ctione actiuitatꝫ forme ſubſtantialis. In
patre aũt intellectus ⁊ volũtas ſunt pfe⸗
cte actiua et habent ordinem q̃ndã. qꝛ fe
cunditas intellectus conſtituit patrẽ. nõ
aũt fecũditas volũtatꝫ. igit illa fecũditas
intellect⁹ aliq̃ mõ pri⁹ habebit actũ q̃ fe
cunditas volũtatis. patet igit ꝙ ſpũſſan
ctus ꝓcedit a pr̃e ⁊ filio. qꝛ in illo ſig̃ ori⸗
ginis in q̃ pr̃ ꝓducit actu volũtatꝫ idẽ eſt
pncipiũ ꝓductiuũ in patre et filio. et ideo
filius eadẽ ꝓductione ꝓducit ſpũmſcm̃
cum patre. Ad argumẽta. Ad primũ: Ad ar.
Autoritas Dam̃. in hoc nõ recipit. quia
ipſe fuit grecus. Vel põt dici ꝙ nõ negat
ſpũmſanctũ eſſe ex filio. ſed negat hoc di
ci a grecꝫ. qꝛ greci hoc nõ cõfitent. Ad
ſcdm cũ dr ꝙ ſpũſſctũs pmanet vel qeſcit
in filio: Dico ꝙ hoc non excludit qn ꝓce⸗
dat ab eo. qꝛ ⁊ filius dr manere in pr̃e: cũ
tñ ꝓcedat ab eo. Vel dr ſpũſſctũs qeſce⸗
re in filio ſm ſilitudinez qua dicimus ꝙ
amor amantis qeſcat ⁊ pmanet in amato
Ad tertiũ de q̃ttuor cõcilijs de qbus
habet in decreto diſt. xv. et. xvj. Dico: ꝙ
nõ oia ad fidez ⁊ mores ſpectãtia fuerũt
in illis q̃ttuor cõcilijs determiata. Et li⸗
cet in illis exꝓmat ſpũſſanct⁹ a patre ꝓce⸗
dere: nõ tñ p hoc negat ꝓcedere a filio.
Ad q̃rtũ dico pmo: ꝙ ſatis exꝓmitur

in euāgelio iohānis ꝓceſſio ſpūſſancti a filio cū dicat chriſtus. Ille me clarificabit q: de meo accipiet. Scdo dico ꝙ chrīm deſcēdiſſe ad inferna nō docet in euāgelio. ꝛ tñ tenendū eſt ſicut articulus fidei. q: ponit in ſymbolo aploꝝ. Ita multa alia de ſacramentis eccl'ie nō ſunt expſſa in euāgelio. ꝛ tñ ꝯſuetudo vniuerſalis eccleſie tenet ea vt tradita certitudinalr ab apl'is a ſpūſancto edoctis. iuxta verbum chrī dicētis diſcipulis. Adhuc multa habeo vobis dicere q̄ non poteſtis portare modo. Cū aūt venerit ille ſpūs docebit vos oēꝫ veritatē. Multa etiā habent ex traditiōe vniuerſalis eccleſie eodem ſpū edocte: quib9 ſm ſcotū in reportatis: eſt adherendū vt articulis fidei. iuxta illud. Credo in ſpm̄ ſctm̄ ſanctā eccleſiā catholicā. Et Aug. Non crederez euāgelio niſi eccleſia docuiſſet. Unde diuerſa ſymbola diuerſis tpib9 ſunt edita ꝯtra diuerſas hereſes de nouo oriētes. Ad quintū de verbo nr̄o. Dico ꝙ illud eſt īpfectionis in imagine. q: verbo nr̄o nō cōicat eadē natura cū mēte. verbo autēꝫ diuino cōmunicat natura patris ꝛ eadē voluntas cum patre.

q̄ſt.ij.
Diſt.xj

Secūdo queritur.

Utrū ſi ſpūſſanctus non ꝓcederet a filio: poſſet ſtare diſtinctio realis ipius a filio. Arguit ꝙ non Boetius de tri. Eſſentia ꝯtinet vnitatē ꝛ relatio multiplicat trinitatē. ḡ nulla pſona diſtinguit ab alia: que relatiōe nō refert ad aliā. ſed ſi ſpūſſanctus nō ꝓcederet a filio nō referret ad ipm. ḡ. Cōtra

Rñſio ſcti tho. in ſūma p̄te.j.q. xxxv. ar ticu.ij.

q̄nto de trini. ca. xvij. apparet ꝙ ſpūſſanctus nō eſt filius: ꝛ ſi exeat a patre q: exit nō quō natus: ſed quō datus. Hic eſt vna opinio q̄ dicit ꝙ ſi ſpūſſanctus non ꝓcederet a filio nullo mō diſtingueret ab eo. ꝛ habet ꝓ ſe duas rōnes. Una ratio eſt iſta. Relatio in diuinis aut diſtinguit ſm quiditatē aut ſm eſſe. nō ſm eſſe. q: ſic nō tranſit in eſſentiā. ergo ſm q̄ditatē. ſed ſm q̄ditatē tm̄ reſpicit oppoſitū. ergo tm̄ diſtinguit ab oppoſito. ſed poſita iſta hypotheſi nō eſſent i filio ꝛ ſpūſancto relationes oppoſite ergo. Scda rō eſt talis. ſi relationes diſparate poſſent ſufficienter diſtinguere pſonas. ergo cum tales due ſint in patre vt generatio actiua ꝛ ſpiratio actiua. pater eſſet due perſone.

Ad hoc adducit Anſelmus in libro de ꝓceſſiōe ſpūſſancti dicēs ꝙ in diuinis eſt vnitas: vbi nō obuiat aliq̄ relationis oppoſitio. ſed ſi ſpūſſanctus nō ꝓcederet a filio: relatiōes eoꝝ nō eſſent oppoſite. ḡ eſſent realiter vna pſona. Alia eſt opinio Opīo Scoti

ſcoti ponēs ꝙ ſi p īpoſſibile ſpūſſctus nō ꝓcederet a filio: poſſet ſtare diſtinctio realis ipius a filio. hoc eſt dictu ꝙ filiatio eſt ſufficiens diſtinctiuū filij a ſpūſancto. Pro q̄ ſic arguit. Quocūq3 formaliter aliq̄d ꝯſtituit in eſſe: eodē diſtinguit. q: eodē eſt aliq̄d ens ꝛ vnū vnitate ꝯueniēti tali entitati. Et ſi vnū. ḡ īdiſtinctū i ſe. ꝛ diſtinctū ab alijs. ſꝫ fili9 ꝯſtituit i eē pſonali filiatōe: igr̄ ꝛ ea formalr diſtiguit ab oī alia pſona. ḡ p īpoſſibile circūſcripto q̄cūq3 alio maxie poſteriori filiatiōe: remāebit fili9 filiatōe diſtinct9 pſonalr a q̄cūq3 pſona. Aſſūptū pꝫ. q: fili9 ñ ꝯſtituit i eē pſonali ſpiratōe actiua. q: illa ē cōis p̄ri ꝛ filio ꝛ non ſunt in eo ꝓprietates poſitiue alie q̄3 generatio paſſio ꝛ ſpiratio actio.

Rñdet ꝙ formali ꝯſtitutiuo nō diſtinguitur aliq̄d a quocūq3: ſꝫ tantū ab illis quib9 maxime ꝯuenit ꝛ a quib9 nō diſtiguit aliq̄ mō niſi illo formali. Exemplū. Hō rōnalitate nō diſtiguit a lapide: ſꝫ a ſpeciēb9 aialis cum quib9 maxie cōuenit ꝛ a q̄b9 i pauciſſimis diſtiguit: a lapide aūt diſtiguit aialitate: q: lapis ē iaiat9. Contra h̄ arguit q: licꝫ rōnalitas ñ ſit totale diſtictiuū hoīs a lapide cū p aialitatē etiā diſtinguātur: eſt tñ eius ſufficiēs diſtictiuū Probat. Illud eſt ſufficiēs diſtinctiuū aliquoꝝ: quo poſito: ſecluſo p intellectū quocūq3 alio: illa diſtiguunt. ſꝫ ſecluſa aialitate eſt diſtinctio hoīs a lapide ꝛ a quocūq3 nō rōnali p rōnalitatē: cuꝫ illa ſint incōpoſſibilia. ergo rōnalitas eſt ſufficiens diſtinctiuū ipoꝝ adinuicē. Sic cū generatio paſſiua ꝛ ſpiratio paſſiua ſint incōpoſſibiles in eodē: qui idem nō pōt ꝓduci duabus ꝓductionib9 totalibus. erunt ſufficiens diſtinctiuum filij ꝛ ſpiritusſancti ſecluſo quocūq3 alio. Ad ma

Ad ar. pos. rones alterius opinionis. Ad primã cũ
dicitur ꝙ relatio aut diſtinguit ſm quidi
tatẽ aut ſm eſſe dico ꝙ ſꝫ vtrũqꝫ. quid-
itas enĩ relationis nõ poteſt eſſe ſine eſſe
ad aliud. quia intelligendo relationẽ ſine
eſſe ad aliud non intelligitur relatio ſed
abſolutum. ꝛ cum dicitur ſic tranſit: ergo
ſic non diſtinguit. ꝯſequentia non valet:
quia tranſit ſm identatẽ ꝛ manet forma
liter. Nec oportet veram identitatẽ eſſe
formalẽ: quia formalis ratio huius trãſ
euntis nõ eſt formaliter ratio illius eſſen
tie in quã tranſit. Et huic rationi forma-
li competit qđ eſt ſibi ꝓprium. eſt autem
ſibi ꝓprium diſtingui realiter ab omni re
latione tam oppoſita ꝙ̃ diſparata ei incõ
poſſibili. ꝛ ideo cum hoc ꝙ vere tranſit:
vere manet ꝙ̃tum ſufficit ad diſtinctio-
nem realem tam ab oppoſito relatiuo ꝙ̃
etiam a relatione diſparata ſibi incõpoſſi
bili. Ad ſecundũ cum dicitur, de dua-
bus ꝓprietatibꝫ in patre: reſponſuꝫ eſt di
ſtinctione ſecũda. Non enim oportet eſſe
tantã diſtinctionẽ productionũ actiua-
rum quanta eſt productionũ paſſiuaruꝫ
quia incõpoſſibile eſt idem duabus pro
ductionibus oppoſitis produci ꝛ accipe
re eſſe. Non eſt autem incõpoſſibile idem
duabus ꝓductionibus actiuis cõmuni-
care eſſe diſtinctis perſonis. Ad auto
ritatem Anſelmi cum dicat ꝙ in diuinis
eſt vnitas vbi nõ obuiat relatiõis oppo-
ſitio: dico ꝙ verum eſt: quia in ꝑſonis di
ſtinctis ſunt relationes oppoſite: ſed per
hoc non negat quin ſufficeret ad diſtin-
ctionem perſonalẽ relationũ diſparatio:
imo hoc videtur expreſſe ſentire i eodẽ li-
bro verſus principiũ vbi dicit ꝙ ſpiritus
ſanctus non eſt filius. quia filius naſcen-
do habet eſſe a patre ſpũſſanctus nõ na-
ſcendo ſed ꝓcedendo. Ad autoritateꝫ
Boetij: dico ꝙ relatio multiplicat trini-
tateꝫ diſtinguẽdo nõ tñ ab oppoſita ſed
etiã a diſꝑata ſibi incõpoſſibili.

i Di. xij.

Irca diſti-

ctionẽ duodecimã. Quero
vtrum pater ꝛ filius ſpirẽt
ſpiritũſanctuꝫ inquantum
oĩno vnuꝫ vel inquantum aliquo modo di
ſtincti. Qꝫ inquantum diſtincti: ꝓbo. quia
ſpũſſanctus eſt cõmunis vnio ſeu nexus
patris ꝛ filij. vj. de trinita. Eſt autẽ eorꝫ
nexus inquantũ ꝓcedit ab eis: ergo ꝓcedit
ab eis inquantum diſtincti: cuꝫ nexus ſit di
ſtinctorꝫ. Item actio eſt ſuppoſiti. ergo
plurium ſuppoſitorꝫ nõ eſt vna actio. pa
ter ergo ꝛ filius nõ producũt ſpiritũſan-
ctum inquantum ſunt vnũ. Item ſi pro-
ducant inquantũ vnũ. aut ergo inquantũ vnũ
in eſſentia vel in perſona: vel in vi ſpirati
ua: Non inquantum vnũ in eſſentia; qꝛ tũc
ſpũſſanctus ꝓduceret ſe. cum ſit vnuꝫ in
eſſentia cum eis. Nec ꝙ̃tum vnũ in ꝑſo-
na: cum ſint due diſtincte ꝑſone. Nec in-
ꝙ̃tum vnũ in vi ſpiratiua: quia tunc pa-
ter eſſet duo principia reſpectu filij ꝛ ſpi-
ritusſancti; ꝓpter duas vires productiu-
as in ipo reſpectu eorꝫ. Contra. v. de
trinitate. xvij. Pater ꝛ filius ſunt vnum
ꝑncipiũ ad ſpiritũſanctũ: ſicut pater ꝛ fili
tur de p̄ſona aliqua beatificabili in vna
categorica eſſe predeſtinatū ⁊ in alia poſ/
ſe damnari. ⁊ illa duo ſunt vera de eodē

ſubiecto. ſicut enim in generali dictuꝫ eſt
de libertate ⁊ contingentia volūtatis di
uine reſpectu quorūcūꝙ̄ obiectoꝝ ſecun/
darioꝝ: ita dicendum eſt reſpectu huius
obiecti ſecundarij ſcꝫ velle huic gratiam
⁊ gloriā. Unde deus contingēter prede
ſtinauit iſtum quē predeſtinauit: ⁊ poteſt
nō predeſtinare. Non ꝙ ſimul ambo ſint
oppoſita nec ſucceſſiue: ſed vtrūꝙ̄ diui/
ſim in inſtāti ſeu preſenti eternitatis. In
ꝙ̄tum em̄ volitio diuina cōſideratur vt
prior naturaliter tranſitu illius ſuper il/
lud obiectum qḋ eſt gloria iſti in iſto pri/
ori naturaliter n̄ repugnat ſibi eſſe oppo/
ſiti obiecti. ⁊ ſic ille qui eſt predeſtinatus
poteſt damnari. quia voluntas eius non
eſt ꝯfirmata ⁊ ſic poteſt peccare ⁊ per cō/
ſequēs iuſte dānari. Ad primū argu/ Rn̄ſio
mentū dico ꝙ ꝓcedit ex falſa imaginatio ad arg.
ne. imaginamur em̄ actū voluntatis di/
uine quaſi preteritū: ideo nō concipimus
libertatem in iſta voluntate ad actuꝫ hu/
iuſmodi. ſꝫ iſta imaginatio falſa eſt. Act᷒
enim voluntatis diuine ſemp̄ ſtat: q̄ꝛ nūc
eternitatis in quo eſt talis actus: ſemper
preſens eſt. Unde ita intelligendū eſt de
volūtate diuina ſiue volitiōe eius: vt eſt
huius obiecti. ſicut ſi p̄ īpoſſibile deus
nunc inciperet velle qḋ vult. ſic ꝙ ad nihil
eſſet eius voluntas determinata. Tūc
ad formā argu. dico ꝙ autoritas Ariſto.
eſt intelligēda de his q̄ vere in p̄teritum
tranſierūt: ſicut ē actus volūtatis huma
ne. Predeſtinatio aūt huius non tranſijt
in preteritū: licet illa preterierint quibus
coexiſtebat. Unde ſicut dictuꝫ diſtin. ix.
de generare ⁊ generaſſe ⁊ generatuꝝ eſſe.
ſic eſt dicendū in propoſito. Idem enim
eſt deum predeſtinare. predeſtinaſſe ⁊ p̄/
deſtinaturum eſſe. Iſta nāꝙ̄ verba non
conſignificāt partes tēporis menſurantꝫ
actum iſtum: ſed cōſignificant nunc eter/
nitatis menſurans illum actum qḋ nec
eſt preteritum neꝙ̄ futurū: ſed coexiſtens
omnibꝫ iſtis. Ad ſcḋm dico ꝙ ꝯſequē
tia nō valet: quia tunc dicit̄ aliqua volū
tas impediri qn̄ ſtat in volito ⁊ nō ſequi
tur effectus: ſed ſic nullius volūtas pōt
impedire diuinā. q̄ꝛ ſicut ille pōt ꝯtingē/
ter peccare: ſic voluntas diuina poteſt

eum contingenter non p̄deſtinare ⁊ nō ſaluare.

Di.xlj.

Vlterius cir

ca diſtin.xlj. Queritur vtrum ſit aliqđ meritū p̄deſtinatiōis vel reprobationis? Et non. Exo.xxxiij. Miſerebor cui voluero: et clemēs ero in quē placuerit mihi. ergo ratio prima ⁊ potiſſima diuine miſericordie ⁊ p̄deſtinationis eſt dei beneplacitū ⁊ voluntas. Item Apl's in ep'la ad rhom: ſuper hac queſtiōe dicit. Nūquid nō habet figulus poteſtatē de eadē maſſa facere alia quidē vaſa in honorē. alia in cōtumeliā? Si enim quereretur ab artifice quare de vna eademē maſſe facit vaſa pulcra ⁊ ex alia vilia cum eque ſit bona tota maſſa. nō eſt alia ratio niſi q2 placet. Ita enim benefaceret ſi faceret ecōuerſo. ergo ⁊c.

Item Aug. de p̄deſtinatiōe ſanctoꝝ. Non q2 tales futuros nos ſciuit ideo elegit. ſed vt tales eſſemus. In oppoſitū Ambroſius ſup ep'lā ad rhom. Dabo gratiā ei quem ſciuero ad me toto corde poſt errorē reuerſuꝝ. loquitur in pſona dñi. ergo ratio quare deus ꝓponit dare gratiā eſt q2 aliqđ futurū p̄uidet in hoie. Itē Si non eſſet alia ratio: p̄deſtinatiōis niſi volūtas diuina: tūc ſequeretur ꝙ ipa nō eſſet liberaliſſima nec optīa. q2 ſi vellet oēs ſaluarentur. Item Si ſola volūtate predeſtinat ⁊ reprobat: nō p̄cognita rōne aliqua: videtur ꝙ ſit acceptor pſonaꝝ. cōtra illud qđ dicitur in actibꝰ apl'oꝝ. In veritate cōperi q2 non eſt pſonaꝝ acceptor deus.

Rn̄ o. Rn̄ſio. In iſta queſtione p̄mo videbitur de q̄ſito: ⁊ deinde mouebuntur q̄dā dubia. Quantū ad primū qn̄ q̄ritur vtrū electio

Electio ⁊ reprobatio vel reprobatio rationē meritoriā habeat hoc nō intelligitur q̄tum ad voluntatē diuinā vel eius actū qui eſt deus. ſed q̄tum ad tranſitū eius ſup obiectū: ſeu q̄tum ad ordinationē ad ipam voluntatē ⁊ dicunt quidā ꝙ nō eſt alia ratio quare deus iſtum elegit ⁊ nō illum: niſi q2 placet. eo enim ipo ꝙ placet: ideo rectū eſt ꝓpter ſūmā ipius volūtatis rectitudinem. ⁊ ſic ipa diuina volūtas ſibiip̄i eſt ratio quia non tantū eſt recta: ſed etiā regula. ⁊ huius opinionis videtur eſſe magiſter in lr̄a. Cōtra hanc opinionē arguitur. quia ſi p̄deſtinatiōis ⁊ reprobatiōis nulla ſit ratio niſi q2 deo placet: tunc iudicia dei nō erunt impſcrutabilia. hoc eſt cōtra apoſtolū exclamantē. O altitudo diuitiaꝝ ſapientie ⁊ ſciētie dei q̄ incōprehenſibilia ſunt iudicia eius. facile enim erit dicere de eis ꝙ quia vult idō ſaluat vel reprobat. Sic dicit Scotus ꝙ licet nō videatur doc. ſb. aliqua ratio p̄deſtinatiōis a parte p̄deſtinati aliquo modo prior p̄deſtinatione: reprobationis tn̄ eſt aliq̄ ratio ꝓpter quā ſcꝫ iſta actio terminatur ad hoc obiectū ⁊ nō ad illud. qđ ꝓbatur: q2 dānatio non videtur bona niſi q2 iuſta. Unde videtur eſſe crudelitas ꝙ deꝰ velit dānare aliquē quē nō p̄uideat peccatorē. cū ergo reprobare ſit velle dānare. reprobatio habet ex parte obiecti rationē ſcꝫ peccatū finale p̄uiſum. Nō videtur autē dicēdū cōformiter de p̄deſtinatiōe ⁊ reprobatione: quia bona deo p̄ncipaliter attribuūtur: mala autē nobis. Quia tamē aplus videtur totum hoc imperſcrutabile relinquere. in epiſtola ad Rhoma. di. O altitudo ⁊c. Quis enim nouit ſenſum domini. aut quis conſiliarius eius fuit? Ideo dicit Scotus ꝙ eligatur opinio que magis placet dum tamen ſaluetur libertas diuina abſq3 iniuſticia. hoc autē debet fieri abſq3 aſſertione pertinaci. Rationes nāq3 particulares ꝓpter quas ex parte diuerſorum diuina inferuntur iudicia ſunt imperſcrutabiles. Bonauentura vero dicit ꝙ licet non ſit aliqua ratio cauſalis ſeu meritoria predeſtinationis a parte predeſtinati. quia ſi quis poſſet de condigno mereri primā gratiā: tunc gratia non eſſet gratia poteſt tamen eſſe aliqua ratio congruitatis ⁊ condecentie predeſtinationis: nō q̄tum ad ſignificatū qđ eſt volitio diuina ſed q̄tum ad cōnotatū qđ eſt gratia ⁊ gloria. poteſt eīn dici ꝙ deus predeſtinat iſtum ꝓpter preuiſionē bonorum operum vt aliquo modo ſunt a libero arbitrio. licet nanq3 gratificatio vel iuſtificatio ſit principaliter a diuina voluntate. Hoc tamen eſt cum coopera- Bonauētura.

tione ⁊ ꝑparatiõe liberi arbitrij. quia vt ait Aug. Qui fecit te ſine te nõ iuſtificabit te ſine te. Unde cũ peccator faciat qđ in ſe eſt: meret de ↄgruo iuſtificari: ſeu ſʒ quid ex ↄdecẽtia diuina liberalitatiſ. De⁹ tñ ſine aliqua ꝑparatiõe ⁊ cooperatione aliquos iuſtificat. vt patet de ſctificatis in vtero ⁊ de paruulis poſt baptiſmũ ad celum euolãtib⁹. alijs ſine baptiſmo decedẽtibus. ⁊ taliũ operũ eſt aliqua ratio in ſpeciali: ſed occulta: Unde Aug. Quare illum trahat: illũ vero nõ trahat. noli velle iudicare ſi nõ vis errare. In generali ꝓt põt aſſignari ratio: manifeſtatio diuine miſericordie reſpectu iuſtificatoꝝ. oſtẽſio aũt iuſticie reſpectu alioꝝ. Quantũ ad ſecundũ a quibuſdã mouent quedã dubia de pdeſtinatione. Et primo queritur cur me fecit deus vt dãnaret. Quib⁹ reſpondẽdũ eſt ꝙ nullos fecit de⁹ ad ipos ↄdemnãdũ: cũ velit oẽs hoies ſaluos fieri ꝗ̃tum in ſe eſt. dando ſcꝫ antecedentia ad ſalutẽ. puta naturã rõnalem ⁊ gratiã offerendo: ſed ipam recipe recuſamus. teſte nãq; ſcriptura. Perditio noſtra ex nobis eſt: tm̃ aũt ex ipo auxiliũ noſtrũ. Unde ſm Scotũ. l. diſtinctiõe q̃rti. Deus non punit malos niſi quadam neceſſitate iuſticie. Nec a deo nec beatis eſt pena ſimpliciter volita: ſed tantũ ſm qd: gaudent eñ ꝓpter iuſticiã inq̃tum natura exiſtẽs ſub culpa ordinat ꝑ penã. Unde ipe dominus ad inſtar ↄdolentis ꝑ Eſaiam dicit. Heu ↄſolabor ſuper hoſtibus meis. Sed vlterius dicũt. Etſi deus non me fecit vt dãnaret: preſciuit tñ me erga ipſʒ fore ingratũ ⁊ male libero arbitrio vſurũ ⁊ ſic dãnandũ: cur ergo inquiũt me fecit?

Scđs articul⁹ Rñdeo

Nota

Ad hoc eſt multiplex reſponſio. quaꝝ vna eſt ſupius tacta. Quos eñ preſciuit damnãdos creauit ad ſue iuſticie oſtenſionẽ. Unde Aug. xxj. de ciuitate dei. Si remanerẽt oẽs in pena nõ appareret miſericordie gratia redimẽtiſ. Rurſus ſi oẽs transferrent de tenebris ad lucẽ: in nullo appareret ſeueritas vltionis. In qua ꝓpterea plures ꝗ̃ in illa ſunt: vt appareat quid omnib⁹ debeat. Alia ratio aſſignat bonoꝝ exercitiũ. vt eñ ait Aug. Quos deus preſciuit futuros malos nõ feciſſet niſi pariter ſciret quib⁹ bonoꝝ vſib⁹ ipos applicaret. Rurſus dicunt. Quicũq; eſt pdeſtinatus ſaluabiť. ⁊ quicũq; eſt pſcit⁹ dãnabiť fruſtra ergo hõ laborat. Ad hoc dicit Bonauẽ. ꝙ iſtud eſt argumentũ ſtultoꝝ qđ ducit eos in torporẽ ⁊ ipie tatis excuſationeʒ. Et ideo pmo oſtendẽdũ eſt eos ſtulte arguere: ſic a ſimili inferẽdo. deus preordinauit vtrum tu debeas cras viuere an non. Ad quid igiť comedis vel bibis. qui ſic argueret ⁊ tali rõni ↄſentiret. argueret dementie: ſimiliter in ꝓpoſito. Scđo rñdendũ eſt ↄtra arguendo. tu dicis ꝙ deus predeſtinat: ⁊ ego dico ꝙ de⁹ tanq; iuſtus iudex iuſte remunerat. nullũ ergo bonũ irremuneratũ. nullũ malũ impunitũ. ergo nullus laborat ſine fructu. nullus torpeſcat ſine dãno. Et ꝓpterea dicendũ ꝙ pdictũ argu. ꝓcedit acſi deus predeſtinaret ⁊ ſciret in omnẽ euentũ: ſed nõ pdeſtinat homineʒ ad ſalutẽ niſi ꝑ merita. nec reprobat ſine malis meritis ⁊ ideo nõ ſolum eſt noſtra ſalus ex parte dei: ſed etiam ex parte noſtra. Poſſet aũt dari vna rñſio generalis ad q̃ſtiones ↄſimiles ꝙ debilitas noſtri intellect⁹ nõ ſufficit ad indagandũ abyſſum iudicioꝝ diuinoꝝ. Nec mirũ cũ ad plenũ non valeamus cognoſcere modice herbe ſeu minimi vermiculi ꝓprietatem Captiuare igiť debemus noſtrũ intellectũ in obſequiũ chři vt ait aplš. Ea que ſunt fidei firmiter ſimpliciterq; credẽdo noſtre intelligentie modicitatẽ ↄſiderantes. maieſtatiſq; diuie celſitudinẽ admirantes. Ad argum̃. ⁊ primo ad auto. ſacre ſcripture. dicit Bonauẽ. ꝙ q̃uis aſſignet beneplacitũ ꝑ rõne ⁊ aliam nõ exꝑmat: nõ eſt ↄdudendũ ꝙ nõ ſit alia. quia non omnia ſcripta ſunt. ſed nobis vtilia. Unde autẽ ſuit ſcire ꝙ diuinũ beneplacitum eſt cauſa ⁊ ratio. vt diſcamus eũ timere. ⁊ nihil meritoꝝ nobis attribuere. Rñſio ad arg.

Ad Augu. dicit ꝙ non intẽdit negare quin diuina voluntas poſſit habere rationem ex qua dicitur ↄgruenter operari ſʒ intendit negare ratione cauſalem cum ſit cauſa cauſarũ. ⁊ maxime reſpectu voliti qđ ex mera dei liberalitate. l. gratia iuſtificans impiũ. Rationes vero ad oppo- Nota.

ſitū ſm eundē doctorē probant ꝙ diuīa volūtas habet rationē cōgruitatis. et ꝗ ad hoc ſunt concedende. Vn̄ Aug. in li. retracta. poſt oēs retractatōes dicꝫ ꝙ de⁹ elegit et reprobat veritate certiſſima ⁊ a noſtris ſenſib⁹ remotiſſima. et qꝛ a noſtrꝭ ſenſib⁹ ē remotiſſima: ideo nullus debet eā inq̄rere. qꝛ in hac vita non poſſum⁹ ꝑ|uenire. et ideo in nr̄e intelligētie inſuffici|entia: ſermo de p̄deſtinatiōe claudēdus eſt: vt obſtruat̃ oēs os et ſubdit⁹ fiat oīs mūdus deo cui⁹ iudicia nō ſunt ſcrutabi|lia: ſed formidoloſo ſilentio veneranda. Poſſet etiā dici ad rōnem de libertate et de acceptiōe ꝑſonarū ꝙ ſumma bonitas vt oſtendat ſe libere liberalē: poteſt eq̄li|bus inequalia diſtribuere ſine iniuſticia et ꝑſonaꝝ acceptiōe: ꝑſonaꝝ eñ acceptio nō eſt in gratuitꝭ: ſed in debitꝭ. Deus aūt nulli eſt debitor niſi ſue bonitati. Vn̄ ait in euangelio: An nō licet mihi qḋ volo facere ⁊c. Que opinionū predictarum ſit verior: tunc ſciemus cū placuerit dulcedi|ni diuine ꝙ videam⁹ eū ſicuti eſt.

Diſtin. xlij.

Circa diſtin

ctione. xlij. queritur Vtrū deū eſſe infinite potentie poſſit ꝓ|bari ꝑ rōnem naturalē? Q, ſic. Richar|dus. j. de trinitate. Ad oīa que fide tene|mus non deficit neceſſaria ratio. ſed deū eſſe oīpotentē tenemus ex fide ſicut dicit̃ in ſymbolo. Preterea Infinita poten|tia eſt oīpotentia: q̄ tñ ꝓbat̃ de deo. viij. phyſicoꝝ. Cōtra. Phi non cōcederent oīpotentiā eo mō quo nos ponim⁹. ergo nō poteſt ꝑ rōnem naturalē ꝓbari eſſe. cōſe|quētia videt̃ ꝓbabilis. Añs patet. quia nō cōcederent aliquid poſſe fieri de nihilo.

Rn̄deo. Oīpotētia pōt ſumi dupliciter. Vno mō que ſit in oīa poſſibilia medi|ante ſcꝫ ſuppoſito ordine cauſaꝝ ſcḋaꝝ. Scḋo mō ꝙ imediate poſſit in oē poſſi|bile. Dico ergo ꝙ oīpotentia p̄mo mō acce|pta pōt ꝓbari rōne naturali. Sic eñ ꝓ|bat̃. viij. phyſic. deū eſſe potente infinite de quo dictū eſt diſtinctiōe. ij. Sed accipien|do omnipotentiā ſecūdo mō ſicut catho|lici accipiūt: ſic eſt pure credita. Licꝫ aūt deus poſſit in omne poſſibile qḋ ſcꝫ ex ſe nō eſt neceſſariū: nec icludit ɔtradictōēꝫ. non tamē poteſt in ſe ꝓducere illa que di|cunt defectū in agēte. vt currere ⁊ ambu|lare que habent paſſionē ⁊ mutabilitatē annexā. Deformitas etiam pctī non eſt a deo: licet cōcurrat ad actū ſubſtratū pctō vt videbitur in. ij. Si eñ phi poſuiſſent deum eſſe omnipotentē hoc modo: cum poſuerint ipm neceſſario agere: ſeq̄ret̃ ꝙ nulla eſſet cauſa ſecunda in vniuerſo. quia ſi neceſſario cauſaret; tunc quicq̄d poteſt imediate agit neceſſario. ſed poteſt oīa. ergo quodlibet cauſabit. quod eſt eis abſur|dum: vt patꝫ. ix. metaph. Nec eſſet aliq̄d contingēs ſi quodlibet agit neceſſario et imediate. Tenemus itaqꝫ ex fide ꝙ de⁹ eſt omnipotēs. quia habet potentiā ime|diate in omne poſſibile quod nō eſt ex ſe neceſſariū: nec includit cōtradictionem.

Circa qḋ eſt vlteri⁹ ſciendū ꝙ quedaꝫ ſunt que poſſe eſt potētie ſimpliciter ⁊ ꝑ|fecte: vt poſſe intelligere ⁊ diligere. et ta|lia poteſt deus per ſe ⁊ in ſe. Quedā aūt ſunt que poſſe eſt potentie: tamen imꝑfe|cte; vt currere ⁊ ambulare. Iſti eñ actus dicunt ſimul actionem ⁊ paſſionē ſiue de|fectum in agente. et ideo licet deus talia poſſit per ſe: non tamē in ſe: propter illud quod eſt ibi impotentie et imperfectiōis que in deo nō cadit. Quedam vero ſunt q̄ poſſe eſt ſimpliciter impotentie: vt priua|tiones: puta poſſe peccare. et talia nec po|teſt per ſe nec in ſe: loquendo de his rati|one priuationis. Tales enim defect⁹ nec poſſunt eſſe a deo nec in deo. quia deus nō deficit in eſſendo nec in agēdo. Ad argumenta. Et p̄mo ad Rich. dico: ꝙ li|cet ad illa que fide tenemus nō deſint ra|tiones neceſſarie: nō tñ ſunt nobis euidē|ter note. Ad ſecundū dico ꝙ procedit de omnipotentia eo modo quo ſumit̃ a phis. Et ſi arguas ꝙ potentia illo modo ſumpta nō ſit infinita cum poſſit cogita|ri maior potentia q̄ꝫ ſit illa: puta potētia in omne poſſibile imediate. Ad hoc dice|rent phi ꝙ nō poſſet cogitari ſine ɔtradi|ctione maior potentia q̄ꝫ ſit illa. quia po|nunt ordinem cauſaꝝ neceſſariū. ſed hoc nō ponunt catholici. Rn̄ſio

Diſtin. xliij.

Irca diſtin

C ctionē.xliij. quia ad contradictoria nulla eſt potentia: q̄rit̄. Unde eſt impoſſibilitas rei fiēde: vel ex parte dei: vel rei ipſius? Ad hoc reſpōdet Scot⁹ ꝙ nō oportet imaginari ꝙ impoſſibile ſit aliq̄d vnū ens in re ſicut neceſſe eſſe eſt vnum ens. ſed impoſſibile dr̄ q̄d includit ptes repugnantes ſiue ↄtradictoria. Eſt aūt ↄtradictio reducēda ad intellectū diuinū tanq̄ȝ ad cauſam nō cōtradictiōis: ſed partiū poſſibiliū. Intellectus eñ diuinus intelligēdo eſſentiā ſuam intelligit q̄ditates rerum. et ſic dat illis eſſe poſſibile. Eſſe eñ cognitū qđ eſt in actu ſm̄ quid concomitat̄ poſſibilitas ad eſſe ſimplr̄. Ipē aūt quiditates diuerſarum naturaꝝ ex ſe formalit̄ repugnāt. et ſic propter repugnantiā hm̄oi q̄ditatū ſequit̄ impoſſibilitas totius figmēti puta chimere. q̄propter impoſſibilitas rei fiende eſt ab intellectu diuino principiatiue ꝛ ab ipſis q̄ditatib⁹ formaliter. nulla ē igit̄ potentia reſpectu cōtradictionis: nō propter defectū diuine potentie: ſed ꝓpter repugnantiam rei.

Diſtin. xliiij.

Irca diſtin

C ctionē.xliiij. querit̄ Utr̄ de⁹ poſſit alit̄ facere res q̄ȝ ab ipō ordinatū eſt fieri? Et videt̄ ꝙ nō. q̄r tunc poſſet facere res inordinate. Cōſeq̄ns eſt falſum. ḡ et antecedēs. Cōtra Res aliter fieri q̄ȝ facte ſūt nō includit ↄtradictionem.

Rñſio. In iſta q̄ſtiōe videbit̄ primo de q̄ſito. deinde an deus potuerit facere mūdū meliorē. Quantū ad pmū dico: ꝙ in omni agēte libere quod poteſt agere ſm̄ dictamē legis recte ꝛ p̄ter legem vel ↄtra legem eſt diſtinguere potentiā ordinatā et abſolutā. ordinata q̄dem conformiter agendo legi recte. abſoluta v̄o agēdo p̄ter legem illā vel contra eā. Et ſic dicunt iuriſte ꝙ aliq̄s pōt facere de facto: hoc eſt de potētia ſua abſoluta. vl̄ de iure: hoc ē de potētia ordinata ſm̄ iura. Qñ aūt lex iſta ſm̄ quā recte agendū eſt nō eſt in poteſtate agentis: tunc agēdo ſm̄ potentiā abſolutam: inordinate ꝛ nō recte agit: cū ſubſit tali legi ꝛ teneat̄ agere ſm̄ legē. ſed quando in poteſtate agentꝭ eſt lex ꝛ rectitudo legis: ita ꝙ nō eſt recta niſi quia ſtatuta. tunc poteſt tale agēs ordinate ꝛ recte agere aliter q̄ȝ lex illa dictat: cum non ſubſit illi legi: et poſſit aliā legeȝ ſtatuere. et ſic eius potētia abſoluta nō eſt inordinata. Iſta poſſunt exēplificari de p̄ncipe ꝛ eius ſubditꝭ ꝛ lege poſitiua. Ad ꝓpoſitū. Sūmus p̄nceps qui deus eſt cū nō ſubſit legib⁹ ſuis: poteſt alit̄ facere res q̄ȝ ab ipſo extitit ordinatū. et ſic de potentia abſoluta poteſt ſaluare Iudam: licȝ a ſapiētia eius lex vniuerſalis emanauerit ꝙ oīs finaliter malus damnabit̄. et ſic agēdo: non inordinate ſed recte agit. quia lex et rectitudo legis eſt in eius p̄tāte. Nulla nanq̄ȝ lex eſt recta: niſi q̄tenus a voluntate diuina acceptante eſt ſtatuta. Et per hoc patet ad argumētū in principio poſitū. Quantū ad ſecundū dico: ꝙ melioritas mūdi poteſt dupliciter ſumi. vl̄ abſoluta: vel reſpectiua. Si loq̄mur de abſoluta: ſic certū eſt ꝙ de⁹ poteſt facere creaturas ſm̄ ſe ↄſideratas meliores q̄ȝ ſint Poſſet eñ deus dare maiorē grām ꝛ angelis ꝛ hoib⁹ q̄ȝ dederit. et de ſtellis poſſet facere angelos. Loq̄ndo v̄o de melioritate reſpectiua que eſt ſm̄ ordinē creaturaꝝ inter ſe ꝛ ad vltimū finem: ſic dicit̄ a quibuſdā ꝙ non. Sic eñ creature ſunt debite ordinate inter ſe ꝛ ad ipm̄ deū ꝙ melius ordinari nō pñt. Et ita dicit Auguſtin⁹ ꝙ q̄dlibet p ſe bonū eſt. ſed tamē oīa bona ſimul: ſunt valde bona. Magiſ eñ cōſiſtit decor vniuerſi in varietate rerū: q̄ȝ ſi oīa eſſent vni⁹ nature ꝛ ſubſtātie. q̄a ſic nō eſſet ordo. ſicut non deceret pulcritudinē corporis hūani ꝙ pes teneret locum oculi. Sic in pſalterio: ſi chorda ſonans obſcuri⁹ ita clare ſonaret ſicut illa q̄ clarius ſonat: q̄ȝuis illa chorda fieret melior ſm̄ ſe: tñ totū pſalteriū eſſet peioratū eoꝙ peiorata eſſet ꝓportio chordaꝝ inter ſe. Hoc etiaȝ poſſet declarari in pictura. q̄ȝuis eñ color niger non ſit ita pulcer ſicut albus: ſi tamē de pictura varietate colorum decorata color niger auferret̄ ꝛ loco eius albus poneret̄, freq̄nter: pictura de-

turparet. Quidā aliter dicunt. Iſta tñ opinio magꝫ mihi placet. qꝛ multū cōſonat liberalitati diuine ꝙ deus ſic mundū fecerit ꝙ melioꝛ fieri ñ potuerit. Nec derogat diuine potentie: qa nō eſt defectus ex parte eius ſed ex pte rei factibilis: ſm Alexandrū de Ales. Et ſm hoc poſſent faciliter exponi varie autoꝛitates ſanctoꝝ que videnſ ſibi contrarie. Autoꝛitates eñ ſonantes ꝙ deus potuit facere mundū melioꝛē poſſunt intelligi de ipſis rebꝰ abſolute cōſideratꝫ ꝛ de potētia dei in ſe conſiderata. Autoꝛitates ſo in oppoſitū poſſunt intelligi de ipſis rebus in oꝛdie ad ſe inuicē ꝛ ad exprimendū iuſticiā ꝛ miſericoꝛdiā ſummi pncipis vniuerſi: q ſm Auguſtinū adeo eſt oīpotens et bonꝰ ꝙ nō fineret mala fieri niſi ex ipſis ſciret maioꝛa elicere bona. De quo tacta ſunt aliq̃ in materia de pdeſtinatiōe: et adhuc tangenſ in cōſequentibꝰ.

Diſtin. xlv.

c Irca diſtin

ctionē.xlv. q̄ro Utrū deꝰ ab eterno voluit alia a ſe. Q, nō Quia tunc in volūtate diuia fuiſſet relatio realis ad creaturā volitam. Cōſeq̄ns eſt falſum: ſicut patet diſt.xxx. Contra Si noluit ab eterno: nec mō vult de nouo: quia tūc eſſet mutabilis: ğ nihil vult.

Reſpondeo ꝙ cum in deo ſit volūtas ſūme pfecta et infinita: ex diſt.ij. ſequiſ ꝙ ipſa poteſt eſſe pncipium volendi q̄dcunqꝫ volibile. non aūt ex tpe: cum ſit imutabilis. ergo ab eterno. igiſ in eternitate eſt ratio volendi q̄dcunqꝫ aliud a ſe. Ad argumentū in oppoſituꝫ dico ꝙ volūtas diuina ſub rōne mere abſoluta terminat reſpectū ratiōis voliti ad ipſam: ſicut intellectus reſpectū cogniti ab eterno. Cōtra hoc arguiſ. Pꝛius volūtas vult futurum cōtingēs qꝫ intellectus intelligat illud: ex diſt.xxxix. ergo non eſt ibi relatio rationis voliti ad voluntatē. ſed ex natura rei. Ad hoc dicerent aliq̄ ꝙ obiectū non eſt pſens voluntati ab eterno niſi qꝛ habet eſſe cognitū. Scotꝰ ſo dicit ꝙ relatio rationis poteſt ſumi dupliciſ. Uno modo ſtricte p relatiōe fabꝛicata p intellectum compantē vnum obiectū cognitū ad aliud et ſic voliti ad voluntatē nō eſt relatio rōnis. Alio mō pōt ſumi large p relatiōe cauſata p quācunqꝫ potentiā collatiuā. et ſic volūtas pōt cauſare relationem rōnis q.ſ. non eſt in obiecto ex natura rei: cū poſſit compare vnū obiectuꝫ ad aliud ad qđ tale obiectū nō cōpaſ ex natura rei: puta volendo creaturā in oꝛdine ad vltimū finē. et ſic in pposito vel in voluntate creata vtente deo q̄ debet frui volūtate i malo. Poteſt eñ volūtas vtēs aliquo bono in oꝛdine ad finē: cauſare in obiecto illo relatōeꝫ rationis ad illū finē. vel etiā e conuerſo poteſt vti deo ad creaturam. nec illa relatio eſt realis: cū non ſit in obiecto ex natura rei: ſed ex rōne volūtatis ꝯferētꝫ. vnde ibi eſt puerſitas vtendo eo quo debet frui. Et ſic ad ppoſituꝫ dico ꝙ voliti ab eterno ad voluntatē diuinam eſt relatio rōnis large ſumpta.

c Irca diſtin

Diſtin. xlvj.

xlvj. quero Utrꝫ volūtas beneplaciti dei ſp impleaſ: Uideſ ꝙ non. j. ad Tim. ij. Uult oēs homines ſaluos fieri. nō tamē omnes erūt ſaluati. ergo ꝛc. Cōtra. Ad Rhom. ix. ca. Uoluntati eius quis reſiſtet: Et in pſal. Omnia quecunqꝫ voluit dominꝰ fecit.

Rñdeo ꝙ voluntas diuina poteſt ſumi dupliciter. ſcꝫ Pꝛopꝛie p determiatōe diuine volūtatꝫ reſpectu cuiuſcunqꝫ effectus ponendi in eſſe: q̄ q̄dem volūtas diciſ volūtas bñplaciti. et hec ſemp impleſ cū ſit omnipotēs ꝛ imutabilis. Alio modo ſumiſ Impꝛopꝛie ſeu figuratiue pꝛo ſignis voluntatis diuine. de quo in pſal. Magna opa dñi exquiſita in omnes voluntates eius. et talis non ſemper impletur. Multa eñ precipit vel conſulit deꝰ que nō fiunt. Ponunſ aūt quinqꝫ ſigna diuine voluntatꝫ. ſ. preceptum: pꝛohibitio: permiſſio: conſilium: et adimpletio. q̄ habenſ p hūc vſū. Pꝛecipit: ac pꝛohibet: pmittit: ꝯſulit: implet. Illa ei dicunſ ſig diuie volūtatꝫ q̄ ſūt manifeſtiſſima eius Manifeſtaſ aūt diuina voluntas aut p effectū quē deꝰ facit: et ſic eſt ipletio. aut

per effectū alienū quē ſpe permittit. et ſic eſt ꝑmiſſio. Licet em̄ de⁹ non velit malū ſub rōne mali: tñ vult bonum qḋ elicit ex malo. et ideo ꝑmittit malū. Manifeſtaṫ inſuꝑ diuina volūtas ſ̄bo approbāte aliq̄d vt ad ſalutē neceſſariū: ⁊ ſic eſt p̄ceptio. aut vt ad ſalutē vtile ⁊ nō neceſſariū: et ſic eſt cōſiliū. Manifeſtaṫ etiā diuina volūtas verbo reprobante: et ſic eſt prohibitio q̄ reſpicit p̄cepta negatiua: ſicͭ p̄ceptio eſt ꝓprie quo ad affirmatiua.

Quia ſ̄o ſignū debet cōformari ſignato Notandū ꝙ q̄dlibet illoꝝ ſignoꝝ conformaṫ voluntati bn̄placiti ſm ſenſum q̄ in illis ſignis intendiṫ a deo ſignante: q̄uis nō ſp̄ cōformeṫ ſm ſenſum qui in eis intendiṫ ab homie cui illa ſigna p̄ſentantur. Verbi grā. Deus precepit Abrae ꝙ imolaret filiū Gen̄. xxij. quod tñ fieri nolebat: ſed itēdebat ſigr̄e ſe velle ꝙ Abraam ꝓmptā haberet voluntatē h̄ faciēdi. Sic ꝑ Eſaiā denūciauit regi Ezechie ꝙ moreret̄ de īfirmitate qua laborabat: intendens ſignare euꝫ eſſe moriturꝫ ſm exigētiā cauſaꝝ inferioꝝ. licꝫ tūc nō eſſet moritur⁹ ſm illas q̄ ab eterno ſunt in voluntate et p̄ſciētia dei. Saluator etiā Mat. viij. leproſo quē mūdauerat p̄cepit ne alicui diceret: nec tñ taceri voluit: quod ille mundatus intelligens: factū publicauit: vt habeṫ Mar. j. ſed intendebat ſe velle dare exemplū ſuis laudē hūanā fugiēdi: vt ſcꝫ in magnis q̄ faciūt q̄ntū in ſe eſt latere velint. et vt proſint alijs ꝓdanṫ inuiti. Ad argumētū in oppoſitū dico: ꝙ illa autoritas apl̄i pōt intelligi dupliciter. Uno mō ꝙ vult omnes hoies ſaluos fieri: oēs. ſ. q̄ ſalui fient. q2 nullus ſaluaṫ niſi velit. ſicut illa autoritas: Illūinat oēm hoiem venientez in hūc mundū: oēm. ſ. q̄ illuminaṫ. Aliter exponiṫ a Damaſceno diſtinguēte de volūtate an̄cedēti ⁊ conſequēti. Vult em̄ oēs ſaluos fieri an̄cedenter q̄tum in ſe eſt: dando. ſ. an̄cedētia ad ſalutē: puta naturā rōnalem ⁊ grām offerēdo ac ad bonū inſpirādo. No aūt vult oēs ſaluare cōſequenṫ. q2 illos q̄ moriuntur in pctō mortali ñ ſaluat. Iſta aūt ꝯſecutio eſt ex ꝑte nr̄a. ſ. ex malis meritis ad que conſequiṫ damnatio.

Deus vult omnes ſaluari: quō intelligiṫ.

d
p
at
ne
be
foi
vid
mu
Op
ſina
tet n
exige
q̄ ab
tur n
hoies
ſueru
melior
miliar
tionē ſ
loꝝ: ſic
Ps. U
Quart
tētie: bo
us iudi
re: q̄ nu
in exercit
impugn
aliorūq3 i
colorem ſ
dei incarn
fuiſſet inc
bilis: nec [illegible] inenarrabilē dulcedinē quam oñdit nos redimēdo demōſtraſſꝫ. Quā diuine clemētie exceſſum cōſiderās Gre. exclamat dicēs. O felix culpa q̄ talē ac tantum meruit hr̄e redēptorē. Culpa em̄ lꝫ ſit deformis: dr̄ felix: nō in ſe ſed ex euentu: rōne. ſ. boni qḋ a diuina benignitate inde eliciṫ. et ſic q̄dā modo mala faciunt ad decorē vniuerſi nō de ꝑ ſe ſꝫ ꝑ accn̄s. ſicut cyphus ligne⁹ ex circulis aureis religat⁹: ꝑfectior eſt cōfractura et illis circulis aureis q̄ ſi nunq̄ fuiſſet fract⁹ nec eſſent in eo circuli aurei poſiti. Bona etiaꝫ ex compatiōe maloꝝ relucēt: malūq3 ſuo

incarnatiō e filij dei.

loco ordinatū eminētius cōmēdat bona: ſm Aug. Etſi gras. Si Adā nō pec/caſſet: nunq̄d oēs fuiſſent bti? Dicif cōi/ter ꝙ ſic. ſed ꝓpter eius pctm̄ nō erūt pau/ciores beati ꝙ fuiſſent. damnati tñ nō fu/iſſent damnati. q: nō fuiſſent ꝓcreati.

Ad ar. Ad p̄mū argumētū dico ꝙ accipiēdo ꝑmittere ꝑ cōceſſione vel licentia mali: ꝑ/mittere ⁊ ꝓhibere oppōunf. ſed deꝰ nō ꝑmittit mala hoc mō. ſed dicif ꝑmittere q: nō cohibet. Ad ſecundū dico ꝙ ille canon intelligif de illo q̄ non habet vni/uerſalē ꝓuidentiā ſed ꝑticularē ſub alio. nec poteſt ex oibus malis maiora bona elicere: nec habet autoritatē plenitudinē. Oppoſite aūt cōditiones ſunt in deo. ha/bet eñ plenitudinē poteſtatē ⁊ eſt vniuer/ſalis ꝓuiſor. et poteſt ex oib malis ꝗuer/ſorū maiora elicere bona.

Diſtin. xlviij.

Circa diſtin/ctionē. xlviij. querif Utrū te/neamur cōformare volunta/tē noſtrā volūtati diuine. Reſpondeo ꝙ ſic. ſicut regulabile regule: volēdo. ſ. ea que precepit nobis velle. ⁊ hoc ſufficit ad ſalutē. Un̄ Matth. xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata. licz aūt teneamur deum diligere: nō tñ tenemur eiꝰ p̄cepta ſeruare ex charitate: ſm Scotum. xxvij. diſtinctiōe ſcd̄i ſententiaꝝ. alꝛs exn̄s in pec/cato mortali peccaret mortaliter ſabba/tū obſeruando vel ꝓximū nō occidendo: quod dicere eſt abſurdū. de quo ibi ma/gis videbif. Non tenemur etiā cōforma/re voluntatē noſtrā voluntati diuine in volito: volendo. ſ. quicq̄d vult: vt ponit magr̄ in littera. Aliq̄n eñ hō vult bona voluntate qđ deus nō vult: vt ait Augꝰ in enchiridiō. vt pius filius vult patrē ſuū viuere: quē tamē vult deꝰ mori. ſic ſancti apl̄i nolebāt chr̄m mori: quē tñ deus pa/ter volebat mori ꝑ ſalute generꝭ hūani. ſic fideles nolunt martyres mori: q̄s ta/men vult deus pati ad fidei manifeſtati/onem. Ubi notandū ꝙ q̄uis tota tri/nitas non voluerit malā iudeoꝝ ⁊ tyran/noꝝ actionē chr̄m ⁊ martyres occidentiū que fuit iniuſtiſſima: ſed eā ꝑmiſit. voluit

Nota dictū Scoti

tamen chr̄i paſſionē ꝓpter redemptionē generꝭ humani: volēdo. ſ. chriſtū gratan/ter ſuſcipe penā quā iudei intulerūt: que ſuſtinentia fuit bona ⁊ meritoria noſtre ſa/lutis. Licet etiam viri ſancti vellent chri/ſti paſſionē: habendo aſpectū ad reſtau/rationē generꝭ humani ꝑ illā paſſionē fi/endā et ad diuine voluntatꝭ ordinatiōē: in q̄ꝝ ꝑſona dicit Eſaias. Utinā dirum peres celos et deſcenderes. licet q̄z vellēt martyꝝ mortē ꝓpter ipſoꝝ gloriā ⁊ fidei defenſionē: hmōi tñ paſſioēs erant ipſis nolite ⁊ dolorōſe inq̄ntum erant afflictio/nes vite innocentis. Sic pia aīa beate ꝟginis dilectiſſimo filio ſuo patienti q̄n/tum ſuſtinere poterat compatiebaf: nul/lo tamē modo eſt dubitandū ſm Bona/uen. ⁊ Rich. quin virilis eius animꝰ ⁊ ra/tio cōſtātiſſime vellet etiā vnigenitū tra/dere ꝑ ſalute generis hūani: vt mater ꝑ oia conformis eſſet patri. et in hoc miro modo debet laudari ⁊ amari: complacu/it ei vt vnigenitus ſuus pro ſalute gene/ris humani offerref: que tñ compaſſa eſt vt ſi poſſet fieri oia tormēta que filiꝰ ſu/us ꝑtulit multo libentius ſuſtineret. Ue/re igif fuit cōſtans ⁊ pia: dulcis ⁊ largiſ/ſima. Hec igif papue ⁊ amanda et vene/randa poſt trinitatem ſummā et eius ꝓ/lem beatiſſimā dn̄m noſtrū Jeſum chri/ſtum q̄ ꝑ ſue benedicte paſſionis ⁊ pĳſſi/me matris merita nos ad ſuam miſericordiā ꝑducere dignetur Amen. Nota d btā ma ria.

Finit p̄mus ſniaꝝ magiſtri A. Dor/beli ordinis Minoꝝ de obſeruantia ꝓ/uincie Turonice ⁊ Conuentus Tholeti: ꝑ eundem compilatus.

In deo vbi eſt vna magnitudo in tribus ꝑſonis. Reſpondeo ꝙ licet relatio rationis hoc habeat cõmune cũ alijs ꝙ requirit diſtinctionẽ extremoꝝ: hoc tamẽ habet ſpeciale ꝙ requirit eandem rationem fundamẽti in ſuppoſito quod refert̃: et in ſuppoſito ad quod refert̃: ex .v. metaph. Equalitas ergo realis nõ requirit diſtinctas magnitudines: cum vnitas ſit ratio fundamẽti. Tum etiã quia relatiões originis in quib' vnitas nõ eſt rõ fundamenti: nõ requirunt diſtinctas eſſentias. Vñ ſicut eſſentia (quia infinita) fundat relationes oppoſitas: ſic q̃ntitas equalitatem.

Quantũ ad ſecundã conditionẽ relationis realis extrema ſunt realiter diſtincta. ſ. ꝑſone diuine que ſunt eq̃les. Quantum vero ad tertiã cõditionẽ illa relatio cõſequit̃ ꝑſonas ex natura rei. Quia enĩ pater generãdo cõmunicat filio ꝑfecte eſſentiam ſuã: ideo cõmunicat ſibi eandẽ magnitudinẽ infinitã: ſicut dicit Auguſtin' contra Maximinũ li. iij. Si dicis (inquit) eo ipſo patrẽ eſſe maiorẽ filio quia pater genuit: cito reſpõdebo: immo pater non eſt maior filio. q: equalez genuit. Patet igit̃ ex p̃miſſis ꝙ eq̃litas in deo eſt relatio realis. Similiter poteſt dici de ſimilitudine que fundat̃ ſup vnũ in q̃litate in creaturis. In deo aũt attributa ſe habẽt quaſi qualitates. quia vt dicit Dam. nõ naturam ſed que circa naturã ſunt dicũt. Vñ ibi eſt fundamentũ ſimilitudinis ex natura rei: et diſtinctio realis extremoꝝ. et cõſequit̃ iſta relatio ſine ope intellect'. Similiter dici poteſt de identitate diuinaꝝ ꝑſonaꝝ in vna eſſentia. Vñ non reperit̃ ꝑfecta identitas niſi in diuis. ſortis enĩ ad ſe nõ eſt ꝑfecta identitas: quia rõnis tñ. nec ſortis ad platonẽ: quia fundamentũ nõ eſt vnum nũero ſed ſpecie tñ. In ꝑſonis aũt diuinis eſt vnitas nũeralis eſſentie diuine et identitas realis: quia realis diſtinctio extremoꝝ. Sed circa p̄dicta de equalitate ſũt duo dubia. Primo enĩ videt̃ ꝙ non eſt relatio diſtincta ab identitate ⁊ ſimilitudine. Qđ p̄bat̃. quia eq̃litas fundat̃ in magnitudine. oĩs aũt magnitudo vl' eſt eſſentie ſm quam eſt ꝓprie identitas: vel attributi alicuius ſm ꝙ eſt ſimilitudo. ergo equalitas nõ diſtinguit̃ ab identitate vel ſimilitudine. Preterea Quodlibet attributũ habet magnitudinem ꝓpriaz ſup quam fundat̃ equalitas. ergo tot erunt equalitates ꝑſonarũ quot ſunt attributa. Ad primũ dico ꝙ ſicut magnitudo eſſentie vel attributi diſtinguit̃ ab eſſentia vel attributo ſicut mod' intrinſecus ab eo cuius eſt: ſic equalitas diſtinguit̃ ab identitate ⁊ ſilitudine. Vñ in creaturis poteſt eſſe ſimilitudo ſine eq̃litate: ſicut remiſſum albũ eſt ſimile intenſo albo: licet non ꝑfecte. non aũt e conuerſo poteſt eſſe equalitas ſine ſimilitudine. et hoc in forma illa in q̃ nata ſunt aliqua aſſimilari. In diuinis etiã ſi per impoſſibile pater haberet deitatẽ maiorẽ ⁊ fili' minorẽ: eſſet aliqua identitas ſed non ꝑfecta. quia non cum equalitate. ſic ſi ꝑ impoſſibile pater haberet maiorẽ ſcientiam et filius minorẽ: eſſent aliquo modo ſimiles: nõ tamẽ equales in ſciẽtia. Equalitas igit̃ dicit modũ vtriuſq3 relatiõis. ſ. ꝙ tam identitas q̃3 ſimilitudo ſit ꝑfecta.

Ad ſecundũ poteſt cõcedi ꝙ quot ſunt in deo ꝑfectiões ſimpliciter: tot ſunt magnitudines ⁊ tot eq̃litates. ſicut tñ omes iſte ſunt ſimpliciter vna res: ita equalitates ſm eas. Ad primũ principale dico ꝙ pater ⁊ filius ſunt equales ſm eſſentiã fundamentaliter: nõ formaliter. Et ſi arguas: quia tunc pater poterit dici pater ſm eſſentiã: cum eſſentia ſit fundamentũ paternitatis: qđ tamẽ cõmuniter nõ conceditur. Reſpondeo ꝙ pater nõ dicit̃ pater ſm eſſentiã ſicut dicit̃ equalis: licet eſſentia ſit fundamẽtũ vtriuſq3 relationis. q2 vt vna fundat equalitatẽ: nõ aũt paternitatẽ et filiationẽ: ſed vt fecunda in ratiõe p̃ncipij et termini cõmunicabilis. Ad ſecundũ Poteſt cõcedi ꝙ in patre ſit alia equalitas ad filiũ et alia ad ſpũm ſanctũ: ſicut in creaturis in eodem patre ſunt tot paternitates quot habet filios.

ꝓprium ⁊ appropriatu3 quõ differunt

Quantum ad ſecundũ articulu3 in quo vidẽdũ eſt de quibuſdã appropriatis ꝑſonis diuinis Sciendũ ꝙ differentia eſt inter proprium ⁊ appropriatũ. Propriũ enĩ dicit̃ illud quod cõuenit ſoli ꝑſone: vt paternitas ſoli patri. Appropriatũ aũt conuenit

pluribus: ſed appropriatur vni ꝑſone propter conuenientiā cum eius ꝓprietate. et ſic talis appropriatio ad notificationē ꝓprioꝝ. Hoc patet in appropriatiōe Hilarij ponētis eternitatē in patre: ſpeciem in imagine: et vſum in munere. quia enim pater eſt inaſcibilis: ideo ſibi appropriatur eternitas que dicit ꝑuationē principij. filius vero qa emanat ꝑ modū nature: ideo emanat ꝑ modum ꝑfecte ⁊ expreſſe ſimilitudinis. Natura enim ꝓducat ſibi ſimile: et ſic ſpecies dicitur eſſe in imagine. ſpecies enim ſeu pulcritudo imaginis inquantum imago eſt: attenditur in expreſſa repreſentatiōe rei ad cuius imitatiōem ꝓducta eſt. Quia vero vti eſt voluntatis diligentis vnū propter aliud: ſicut deus diligit creaturam ꝓpter ſe. ideo appropriate vſus dicitur eſſe in munere .i. in ſpūſctō qui ꝓcedit per modū amoris. Aug⁹ autē .j. de doctri. chriſtiana dicit ꝙ in patre eſt vnitas: in filio equalitas: in ſpūſancto vnitatis equalitatiſqꝫ cōcordia. Unitas enim que habet rationē principij appropriatur patri qui eſt principiū filij ⁊ ſpiritusſancti. Equalitas vero appropriatur filio inquantum eſt ſecunda ꝑſona in trinitate. quia equalitas ad minus requirit duo extrema. Cōcordantia vero que ꝑtinet ad voluntatē appropriatur ſpūiſancto. qa ꝓcedit ꝑ modū voluntatis. Potentia etiam appropriatur patri. ſapiētia filio. et bonitas ſpirituiſancto. ꝓpter remotiōem errorum: ſecundum Aug. Quia enim in creaturis ex antiquitate eſt in patre defectio: ne hoc eſſe videatur in patre eterno: ei appropriatur potentia. quia vero in filijs creaturaꝝ eſt ex poſteritate ſenſus imꝑfectio. ad hoc excludendū a filio eterno: ei appropriatur ſapiētia. Rurſus quia nomē ſpiritus videtur nomē inflationis et timoris: ne hoc de ſpūſancto putaretur: ei appropriatur bonitas. Potentia etiā appropriatur patri. quia a nullo ē principiatus: aliarumqꝫ ꝑſonaꝝ eſt principium. Sapientia filio. quia ꝓducitur per modū intellectus ad quem ſapientia ꝑtinet. Bonitas vero ſpūiſancto. quia producitur per modum voluntatis ad quā ꝑtinet bonitas. Appropriatio etiā quam ponit Apl's in epiſt. ad Rhom. Ex ipſo ⁊ ꝑ ipſum et in ipſo ſunt omnia. ſic poteſt declarari. Ex nāqꝫ eſt nota principij primi: ideo appropriatur patri qui eſt principiū ſine principio. Per vero eſt nota principij quo: vt artifex operatur per artem. et ſic notat filium tanquam principium de principio ꝑ quod omnia facta ſunt. In autē notat cōtinentiā que ad bonitatem ꝑtinet: et ſic notat ſpūmſanctum. Unde ſenſus eſt. Ex ipſo patre creata ſunt omnia: per ſummā ſapientiā ſiue ꝑ filiū: in ſumma bonitate ſiue in ſpirituſancto omnia conſeruante. Unde Actuū .xvij. In ipſo viuimus, mouemur: ⁊ ſumus. Deus enim in ſua bonitate conſeruat in nobis vitam ⁊ ogationem.

q Quo ad diſtinctionē .xxxij. q̄ro. Utrum pater et fili⁹ diligant ſe ſpirituſancto? Q, non. quia aut diligere ſumitur eſſentialiter: aut notionaliter. Non eſſentialiter. quia quodlibet eſſentiale ineſt cuilibet ꝑſone nō ꝑ alterā. Si notionaliter: ſic diligere idē eſt quod ſpirare. et tūc ſequitur ꝙ pr̄ ⁊ fili⁹ ſpirant ſe ſpūſctō: quod ē falſum. Preterea Si pr̄ et filius diligūt ſe ſpūſctō. ergo pr̄ diligit ſe ſpirituſancto: quia eodem videtur pr̄ diligere ſe ⁊ filiū. ſed ꝯn̄s videtur incōueniens. quia pr̄ diligit ſe in primo ſigno originis in quo tamen ſpūſſanctus nō intelligitur ſpirat⁹. Cōtra .vj. de trini. Spūſſanct⁹ eſt quo genit⁹ a generante diligitur: genitorēqꝫ ſuum diligit. Diſtin. xxxij.

Aliqui negant iſtam ꝓpoſitionē: dicētes eam retractatā ab Aug. in .j. retractationum. vbi retractauit illā: pater eſt ſapiēs ſapientia genita. cui iſta videtur aſſimilari. et ideo iſtā dicūt retractatā in illa. Cōtra Aug⁹ pluries retractat eandē materiā que in diuerſis libris habetur: quando ſ. facit mētionem de illis libris diuerſis. ergo multo magis iſtā retractaret ſeorſum ſi eſſet retractanda. Item Aug⁹ non retractat dicta alioꝝ ſanctoꝝ qui videntur iſtam cōcedere. nec eſt ſimile de iſta ⁊ de illa. pater eſt ſapiens ſapiētia genita. illa enim ē falſa: cum eſſe ſapientē non dicatur notionaliter ſed eſſentialiter tm̄ vel appropriate. Diligere autē poteſt ſumi eſſentialiter ⁊ notionaliter. Unde in hac ꝓpoſitione: Pater

⁊ filius diligūt ſe ſpū ſancto: ſumitꝰ partiꝫ eſſentialr̄ ⁊ ꝑtim notionaliter ſm̄ Scotū Senſus em̄ huiꝰ ꝓpoſitiōis eſt ꝙ pater ⁊ filiꝰ ꝓducūt ſpm̄ſctm̄ q̄ appropriate eſt amor ois neceſſario amati. Sic etiā dicere ſumitꝰ ꝑtim eſſentialr̄ ⁊ partim notionaliter in illa ꝓpoſitiōe. pater dicit verbo id eſt ꝓducit verbū. q̄ appropriate eſt noticia declaratiua ſeu manifeſtatiua omis declarabilis. Ubi ſciēdū ꝙ dicere pōt ſumi tripl'r. Prio eſſentialr̄: ⁊ hoc fit duobus modis. Uno mō em̄ dicere idē eſt ꝙ intelligere. ⁊ ſic pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpūſſctūs ſunt vnus dicēs. Alio mō idē eſt ꝙ declarare. ⁊ hoc etiā ꝯuenit trib' ꝑſonis. q̄libꝫ em̄ ꝑſona ē declaratiua ois declarabilis cū quelibꝫ ſit noticia infinita. noticia aūt actualis eſt declaratiua obiecti. hoc t̄n̄ appropriatꝰ filio. q2 ꝓducitꝰ ꝑ modū noticie.

Iſte aūt reſpectus declaratiui ad declarabile nō eſt realis: nec ad intra nec ad extra ad itra ſiquidē nō eſt realis: cū eiuſdē ad ſe nō ſit relatio realis. noticia auteꝫ eſt eadē in trib' ꝑſonis. Nec ad extra: cuꝫ dei ad creaturā nō ſit relatio realis. Secūdo mō dicere ſumitꝰ notionalr̄: ⁊ ſic tātū valet ſicut generare. ⁊ hoc mō pater dicit ꝟbū. i. generat. Tertio mō ſumitꝰ partim eſſentialiter ⁊ partim notionaliter. ⁊ ſic pater dicit verbo ſicut prius fuit declaratum.

Rñſio ad arg. Ad argumēta. Ad primū ꝑꝫ ex predictis ꝙ diligere nec mere eſſentialiter nec mere notionaliter tenetꝰ. ſed ſignificat amorē appropriatū ſpūiſancto cōnotando eius ꝓductionē. Ad ſcdm̄ dico ꝙ pater diligit ſe in primo ſigno originiſ volūtate vt eſt in ip̄o formaliter. Diligit autē ſe ſpūſſanctus principiatiue: non in primo ſigno originis: ſed ſpirando ſpiritūſanctū in quantū principiat ſeu producit ſpiritūſanctū qui appropriate eſt amor ois neceſſario amati ꝙ vt ꝓductōis ſue.

Diſtin. xxxiij. ⁊ xxxiiij.

Circa diſtinctionē. xxxiij. ⁊. xxxiiij. Quero ſine argumētis. vtꝝ ꝓprietas ſit idem cum eſſentia. Secūdo vtrum ꝑſona ſit idem cū eſſentia. ⁊ tertio. vtꝝ ꝑſona ſit idem cum ꝓprietate. Circa quas queſtiones non oportet imorari. quia earum veritas ꝑꝫ ex dictis. diſt. ij. cū querebatꝰ. Utrum cū vnitate eſſentie ſtet pluralitas ꝑſonaruꝫ vbi oſtenſum eſt qualiter ꝓprietas ꝑſonalis non eſt idem formaliter cum eſſentia. Ex quo ſequitur ꝙ ꝑſona non eſt idē adequate cum eſſentia: cum includat ꝓprietatē perſonalē. Nec perſona eſt idem primo ſeu adequate cum ꝓprietate ꝑſonali cum etiā includat eſſentiā. Perſona nāqꝫ vtrūqꝫ includit in ſua ratione formali. licet aūt eſſentia non ſit idem formaliter cuꝫ ꝓprietate ꝑſonali. eſt t̄n̄ ſibi idem idētice ⁊ ꝑfecte rōne ſimplicitatis diuine que ſequitur ex perfecta infinitate illius eſſentie. vt dictū eſt diſtinctione octaua.

Diſtin. xxxv.

Deinde circa diſtinctionē. xxxv. Quero vtꝝ i deo ſit ideaꝝ pluralitas. Et videtꝰ ꝙ nō. Eſſentia diuina cū ſit illimitata ⁊ virtualiter ꝯtineat omne ens eſt in intellectu diuio ratio itelligendi q̄dcūqꝫ intelligibile. ergo ad cognitionē creaturaꝝ nō oportet ponere in deo pluralitatē ideaꝝ. ꝯſequētia eſt nota. probatur añs. ſicut res ſe habet ad eſſe ita ad cognoſci. ij metaph. ſi igitꝰ eſſentia diuina contineat creaturas q̄ntum ad idētitatē. igitꝰ ⁊ quo ad cognoſcibilitatē. In oppoſitū Augu. lxxxiij. q. queſtiōe. xlvj. Idee ſunt forme eterne ⁊ incōmutabiles que diuina intelligentia ꝯtinentꝰ ſm̄ quas formari dicitꝰ omne qd̄ oriri poteſt. dicit etiā ibi ꝙ alia rōne conditus eſt hō. ⁊ alia rōne equus.

Pro ſolutione huius queſtionis p̄mo aliq̄ua premittā. ⁊ ſecūdo ad queſtioneꝫ rñdebo. Quātū ad primū notandū ꝙ intellectus diuinus habet duplex obiectū. ſcꝫ primariū ⁊ ſecundariū. Obiectū p̄marium intellectus diuini eſt eſſentia diuina que ſibi adequatur ⁊ eſt ratio intelligēdi quodlibet intelligibile. Obiectum ſecundariū. ſunt creature cognite que in intellectu diuino ſūt obiectiue inq̄ꝫtum ab ip̄o apprehenduntꝰ ⁊ habent eſſe cognitū. Unde ſolum habent rationē terminatiui reſpectu intellectus diuini. Non enim obie. in tel. diui ni. du.

mouet intellectū diuinū. q2 vt dicit Ari.
xij. metap. vileſceret ſi ab alio a ſe cogni
tionē acciperet. Item notandū ꝙ licet
cognitio noſtra dependeat ab obiecto
ad qd̄ referſ in tertio modo relatiuoꝝ: ſi-
cut menſurabile ad menſurā in quo non
eſt mutua dependētia. ſed obiectum ter-
minat hmōi dependentiā ſub rōne abſo
luta. Intellectio tñ diuina cū ſit menſu-
ra oīm alioꝝ a ſe intellectoꝝ per eā nō re-
ferſ ad ipa: ſꝫ eꝯ ipa obiecta itellecta refe
runſ ad intellectionē diuinam ⁊ ipa ter-
minat hmōi relationē ſub ratione abſo-
luti Unde deus in pmo inſtanti nature
intelligit eſſentiā ſub rōne mere abſolu-
ta que eſt ei ratio cognoſcēdi oīe cogno
ſcibile. In ſecūdo intelligit lapidem. ⁊ ſic
ipm pducit in eſſe intelligibili: ⁊ produ-
cendo eum in tali eſſe intentionali pducit
vt habens dependentiam ad ipm ita ꝙ
ibi eſt relatio rationis in lapide itellecto
ad intellectionē diuinaꝫ. ſed nulla adhuc
in intellectione diuina ad lapidē. In ter-
tio tamen inſtanti poteſt intellectus diui
nus comparare ſuam intellectionem ad
quodcūqꝫ itelligibile. ⁊ ſic cauſare in ſe re
lationem rationis. Tertio ſciendū ꝙ
ſicut ex autoritatibus Auguſtini allega-
tis poteſt dici: idea eſt ratio eterna in mē
te diuina ſm quā aliqd eſt formabile vt
ſm ꝓpriam rationeꝫ. Et dicitur ab idos
quod eſt forma. Unde ſm Scotuꝫ. La-
pis cognitus dicitur idea. Sicut enim
domus in mente per ſpeciem repreſenta-
ta dicitur ratio ſm quā formaſ domus
in eſſe materiali. ſic lapis cognitꝰ exiſtēs
in mēte diuina obiectiue dicitur ratio p
pria ſm quam lapis in eſſe reali forma-
tur. Hoc autem conſonat dicto Plato-
nis ponentis ideas eſſe rerum quidita-
tes. quas ſi in mente diuina poſuerit: in-
q̄ntum ſcꝫ habent ibi eſſe cognitum: bene
poſuit ſicut ⁊ Auguſti. ponit qui ab ipſo
nomen idee accepit. Si vero eas poſue-
rit per ſe exiſtentes ſicut ſibi imponit Ari
Rñſio ſto. male poſuit. Quantū ad ſecundū
ad q̄ſti. articulum patet ex predictis ꝙ in deo nō
eſt pluralitas idearum ſm rem: cum eſſē-
tia diuina ex infinitate ſua ſit repreſenta-
tiua omnis rei productibilis: ſed eſt plu-
ralitas ſm rationem que quidem ratio-
ne diſtinguūtur iuxta diſtinctioneꝫ obie-
ctorum que a diuino intellectu cognoſcū
tur: quibꝫ a parte rei correſpondet in deo
vnitas diuine eſſentie que eminenter cō-
tinet omne productibile. Non ponuntur
autem in deo: vt ſint intellectui diuino
rationes cognoſcendi creaturas: cum pre
exigant cognitionē creaturarū vt patꝫ ex
predictis. Contra predicta arguitur.
ſm Aug. lxxxiij. q. queſtione. xlvj. Tan-
ta eſt vis in ideis: vt niſi ipis intellectis
ſapiens nemo eſſe poſſit. ibidem etiaꝫ di
cit ꝙ iſtarum viſione fiet anima beatiſſi-
ma. ergo videtur ꝙ ſint rationes cogno-
ſcendi creaturas. Item Cognitio fit
per ſimile. igitur oportꝫ rationē cognoſcē
di habere aliquā ꝓpriam rationem ſimi-
litudinis reſpectu cogniti euiuſmodi vi-
detur eſſe idea reſpectu ideati. Rñ
deo ad primū ꝙ Auguſtinꝰ loquitur de
ſapiētia perfectiſſima ⁊ beatitudine tota
li poſſibili que non poteſt haberi niſi eſ-
ſentia diuina perfectiſſime cognoſcatur.
eſſentia autē diuina non cognoſcitur per
fectiſſime niſi cognoſcanſ creature que in
ea relucent que dicunſ idee inq̄ntum ſunt
ab intellectu diuino cognite. Un̄ in iſtis
formaliter non eſt beatitudo: ſed in obie-
cto cuius cognitio preſupponitur in iſtis
⁊ quaſi cōcomitanter in iſtis in quibus
eſt aliqua beatitudo licet non prima. Nō
habetur igitur ex iſtis autoritatibus ꝙ
idee ſint intellectui diuino rationes co-
gnoſcendi creaturas. Ad ſecundū dico
ꝙ non eſt neceſſariū ꝙ in ratione cogno-
ſcendi ſit ſimilitudo vniuoca ſeu forma-
lis: alioquin nihil poſſet cognoſci p cau-
ſam: ergo nec per principiū ſufficit ergo
ſimilitudo virtualis. Unde quia eſſentia
diuina eſt pelagus infinite ſubſtātie oīa
poſſibilia in ſe eminēter continens: ideo
eſt ſpeculū repreſentatiuum infinitorum
Per hoc patet ad argumentū in prin- Rñdeo
cipio queſtionis poſitum quod bene pro ad arg.
bat ꝙ idee non ſunt intellectui diuino ra
tiones cognoſcēdi alia a ſe: ex hoc non ſe-
quitur quin ſint ponende. Ex predictis
patet ꝙ licet omne ens poſſibile produci
habeat ideam in deo: illa tamen quibus

repugnat eſſe vt chimera: nõ habẽt ideã
in deo inq̄ʒtum huiuſmodi. cũ idea ſit rõ
ſm quã aliq̄d eſt formabile. Malũ etiã
culpe cũ formaliter nihil ponat: nõ habʒ
ideã in deo. deus eñ nõ eſt exemplar ni-
ſi poſſibiliũ producẽ. de quo Joh. j. Qḋ
factũ eſt in ipo vita erat. Res nãq; facti-
biles ſunt exemplariter in deo qui eſt vi-
ta intellectualis.

Diſtin. xxxvj.

V Lterius q̄ꝛ

vt dictũ eſt queſtiõe p̄cedẽti
deus ab eterno cognoſcit la-
pidem. ꝛ ſic lapis cognitus habet relatio-
nẽ eternã ad deũ cognoſcentẽ. Querit
vtrũ fundamentũ huiꝰ relatiõis habeat
vere eſſe eſſentie ab eterno: Et dicit a q̄-
buſdã ꝙ ſic. Ad qḋ eſt rõ talis. Produ-
ctio nõ ẽ tm̃ alicuiꝰ relatiõis rõis: qꝛ rela-
tio nõ eſt niſi in abſoluto. igit cũ ↄceſſum
ſit in p̄cedenti queſtiõe deũ p̄ducere res
in eſſe itelligibili ſm ꝙ res cognita dicit
idea. ſequit ꝙ oportet ponere aliquã entita-
tem abſolutã in qua fundet talis relatio
ad p̄ducẽs. Preterea. Si lapis ab eter-
no nõ habuit eſſe eſſentie: fuit purũ non
ens. ergo fuit impoſſibile ipm̃ p̄duci. p-
bat iſta ↄña. Sicut ens ad non-ens: ita
poſſibile ad ipoſſibile. quare ꝯmutatim
ſi omne ens eſt poſſibile. ğ omne qḋ eſt
purũ nõ ens eſt impoſſibile. Preterea
Aug. Si bonũ eſt aliqua forma nõ nul-
lũ bonũ eſt capacitas forme. ğ nõ nullũ
bonũ eſt poſſibilitas ad bonitatẽ actua-
lẽ. Item Anſelmus de veritate dicit
ꝙ hec ꝓpoſitio homo eſt aĩal: ſemp eſt ve-
ra. qḋ nõ eſſet verã niſi homo eſſe eſſentie
ſemp habuiſſet. Sed ↄtra hãc opinio-
nẽ arguit: qꝛ ex iſta ſequit ꝙ nihil de no-
uo poſſit creari. p̄batur ↄña. Creatio eſt
p̄ductio de nihilo. ſi aũt creatura ab eter-
no habuit eẽ eẽntie qḋ eſt verũ eſſe reale.
ſequit ꝙ qñ p̄ducitur ab efficiente ꝙ nõ
p̄ducit de nihilo. Item ſm illã opini-
onẽ ꝛ videt in multis p̄babile. exiſtentia
vltra eſſentiã nõ addit niſi reſpectũ ad ef-
ficiẽtẽ. ſi ğ creatura habuit ab eterno eſſe
eſſentie. qñ creatur nõ p̄ducit q̄ʒtum ad
aliqḋ eſſe abſolutũ ſed tantũ q̄ʒtum ad il-
lum reſpectum ſiue ad eſſe ſm quid. ꝛ ſic
creatio minus eſt p̄ductio ſimpliciter q̄ʒ
ſit alteratio. Preterea ex iſta opinione
ſequit ꝙ nõ poſſit aliquid ãnihilari. ſicut
eñ p̄ducitur de ente ſm eſſentiã ita vide-
tur redire i ens ſm eſſẽtiã nõ in nihil. Il-
la igitur opinio nõ eſt vera nec tenet cõi- contra Tho.
ter. Unde ſm Rich. ꝛ Scotũ nõ eſt da-
re eſſe eẽntie ſine eſſe exiſtentie. Nec opʒ
ponere hmõi eſſe eſſentie ab eterno ad fũ-
dandũ relationẽ creature cognite ad deũ
cognoſcentẽ. qꝛ ſicut deus ab eterno no-
uit eſſentiã creature: ita nouit eius exiſtẽ-
tiam. ꝛ tñ ꝓpter iſtam relationẽ fundatã
nõ ponit ab aliquo eſſe exiſtentie ab eter-
no. quare nec ↄcedẽdũ eſt de eſſe eſſentie

Ad primũ argu. dico ꝙ p̄ductio in eſ- Rñſio ad q̄ſti.
ſe intelligibili eſt alterius rõnis ab omni
eſſe ſimpliciter: ꝛ nõ eſt relationis tantũ
ſed etiam fundamenti abſoluti. non qui-
dem ſm eſſe eſſentie vel exiſtentie. ſed ſm
eſſe diminutũ qḋ eſt eſſe ſm quid etiam
entis abſoluti qḋ tamen ens abſolutum
ſm illud eſſe diminutũ cõcomitatur rela-
tio rationis. Exemplũ huius ſi ceſar eſſet
ãnihilatus: ꝛ tñ eſſet ſtatua ceſaris: ceſar
eſſet rep̄ſentatus ꝑ ſtatuam. Iſtud eſſe re-
preſentatũ eſt alterius rõnis ab omni eẽ
ſimplr̃ ſiue eẽntie ſiue exiſtentie ipĩus ce-
ſaris. licet autẽ eſſe cognitũ ſit eſſe ſm q̄d
reducit tñ ad aliqḋ eſſe ſimplr̃ ſcʒ ad eſſe
ipĩus intellectionis. ſed illud eſſe ſimplr̃
nõ eſt formalr̃ eẽ eiꝰ qḋ dicit eẽ ſm q̄d: ſʒ
eſt eius terminatiue vel principiatiue ita
ꝙ ſine iſto vero eẽ non eẽt illud eẽ ſm q̄d.

Ad ſc̄dm dico ꝙ prima diſtinctio en-
tis videt eſſe in ens extra animã ꝛ in ens
in aĩa. ꝛ illud extra animã põt diſtingui i
actũ vel potentiã eẽntie vel exiſtẽtie. ꝛ qḋ
cũq; iſtoꝝ extra aĩam poteſt habere eſſe
in anima. Et tũc quãdo dicit ſi lapis ab
eterno nõ habuit eſſe eẽntie fuit purum
nõ ens: ↄcedo prout non ens oppõitur
enti reali ſeu extra animã. Nõ tñ fuit pu-
rum nõ ens accipiẽdo ens put eſt cõmu-
ne enti in aĩa vel itellectu ꝛ extra aĩam
cum habuerit eſſe cognitum ſeu repreſen-
tatũ qḋ eſt eſſe in actu ſm quid: ꝛ qḋ con-
comitatur poſſibilitas ad eſſe ſimpliciter
Et cũ infert ꝙ omne purum non ens eſt

ſmpoſſibile: verũ eſt accipiẽdo purũ non
ens qđ nec habet eſſe reale nec rep̄ſenta/
tũ vel cognitũ. Ad Augu. poſſet per
idem r̄ñderi. vel poſſet dici ꝙ capacitas
forme ſm̄ quã ſumitur p̄ materia que eſt ens
reale. vt dicet in ſc̄do. Ad aliud dico ꝙ
cũ p̄dicata ⁊ ſubiecta ſint res rõis ſm̄ Aui
cen. iiij. metaph. ſufficit ad hoc ꝙ enũcia/
tio affirmatiua ſit vera ꝙ p̄dicatũ ↄueni
at ſubiecto in eẽ intellecto. Vñ ↄ̃uis hõ
⁊ animal ab eterno in eſſe reali nõ ↄueni/
rent cũ nullũ reale eẽ haberẽt: tñ in eſſe in
tellecto ↄueniebãt. q2 deus ab eterno in/
tellexit ꝙ quãdo homo haberet eſſe reale
includeret realiter animal.

Diſtin. xxxvij.

Circa diſti/

ctionẽ. xxxvij. Queritur vtrũ
deus ſit vbiq3? Et videt
ꝙ nõ. Si deus eſt vbiq3:
mutatur. ↄñs eſt falſum. probatur ↄſequẽtia
q2 ſi deus eſſet vbiq3: eſſet vbi prius non
fuit: puta ſi p̄ducatur de nouo aliquis la
pis: eſſet p̄ſens illi lapidi cui p̄us nõ erat
p̄ſens. ⁊ ſic mutaretur: quia haberet i ſe no/
uã relationẽ realẽ: p̄ñtia ei vel coexiſtẽtia
dicit relationẽ realem in vtroq3 extremo.
Item Aug. lxxxiij. q. q. xx. Deus non
um eius qḋ in eo eſt. Uñ fict⁹ dicit̄ q̄ ali/
ud ꝑtēdit exterius ꝙ̄ habeat interi⁹. Et
ſi fiat ad aliud ſignificandū nō eſt mēda
ciū: ſicut nec figuratiue locutiōes ſm Au
guſt. de queſtionib₉ euāgelij. In figura/
tiuis em̄ locutionib₉ fingit̄ quedā res q̄
nō aſſerit̄ ita eſſe ſed ꝓponit̄ vt figura al/
terius qḋ aſſerere volumus. ſic dn̄s fin/
xit ſe longius ire: diſcipulis euntibus in
emaus: componēdo. ſ. motū ſuum q̄ſi vo
lentis longius ire: ad deſignandū ꝙ lon/
ge erat a fide illoꝝ. Cōtinet̄ aūt hypo
criſis ſub ſimulatiōe. Hypocriſis em̄ q̄/
dam ſimulatio eſt. Nō aūt ois ſimulatio
ſed ſolum illa q̄ quis ſimulat ꝑſonā alte/
rius: ſicut cū peccatoꝛ ſimulat ꝑſonā iuſti.
de qua dicit Sco. ꝙ fit Uno mō ſimu/
lando ꝑ argumēta ꝓbabilia a ſigno: pu/
ta per genuflexiones: adoratiōes: et de/
uotiones aliqua bona ſibi ineſſe que nō
inſunt. Alio ṽo modo fit oſtēdendo ma/
la nō ineſſe que inſunt. et hoc per ſigna il
lis oppoſita. vt ſi aliq̄s luxurioſus audi/
ens loqui de mulierib₉ ſpuat in ſignū ca/
ſtitatis quaſi luxuriā execrando. Et his
modis frequēter hypocriſis eſt mortale:
ſm ipſum. Si aūt aliq̄s ſimulet malū
nō ineſſe qḋ ineſt nō oſtendendo ſigna q̄
cōmuniter cōſueuerūt ſequi illa mala: ta/
lis nō peccat. ſed ꝑ oppoſitū peccaret ta/
lia ſigna oſtendendo. q̄a ſic videret̄ pctm̄
ſuū ꝑdicare ⁊ publicare. Thomas au
tē dicit de hypocriſi: ꝙ in hypocriſi duo
ſunt. ſ. defect⁹ ſanctitatꜩ. ⁊ ſimulatio ipſi⁹
Si ergo hypocrita dicat̄ ille cuius inten
tio fert̄ in vtrūqꝫ: vt. ſ. aliq̄s nō curet ſan/
ctitatē habere ſed ſolum ſanct⁹ apparere:
ſicut cōſueuit accipi in ſacra ſcriptura. ſic
manifeſtū eſt ꝙ eſt peccatū mortale. nul/
lus em̄ priuat̄ totaliter ſanctitate niſi per
peccatū mortale. Si aūt dicat̄ hypocri/
ta ille q̄ intēdit ſimulare ſanctitatē a qua
deficit per peccatū mortale: tūc ꝙ̄uis ſit
in peccato mortali ex quo ꝑuat̄ ſanctita/
te: non tm̄ ſemꝑ ipſa ſimulatio eſt ei pctm̄
mortale. ſed q̄nqꝫ veniale. quod diſcernē
dum eſt ex fine: qui ſi repugnet charitati
dei vel proximi: erit pctm̄ mortale. puta
cum ſimulat ſanctitatē vt falſam doctri/
nam diſſeminet: vel vt adipiſcat̄ eccleſia/
ſticā dignitatē indign⁹ exiſtens: vel q̄cun
qꝫ alia bona tꝑalia in quib₉ finem cōſti/
tuit. Si ṽo finis intentus non repugnet
charitati: erit pctm̄ veniale. puta cum ali
quis in ipſa fictione delectat̄. de quo di/
cit Ariſto. iiij. Eth. ꝙ magis videt̄ van⁹
ꝙ̄ malus. Eadē em̄ ratio eſt de mēdacio
et ſimulatione. Et notandū ꝙ lꝫ oē mē/
daciū ſit pctm̄ mortale vel veniale vt di/
ctū eſt: veritatē tm̄ caute occultare non eſt
malū. Sic em̄ fecit Abraam dicēdo Sa
ram eſſe ſororē ſuam Geñ. xij. Qui enim

De hypocriſi.

erant de propinqua parentela apud antiquos dicebant fratres et ſorores. Licz etiã patres antiq̃ a mendacijs multiplicit̃ excuſent: hoc tñ non eſt neceſſe de mẽdacio iocoſo vel officioſo: cũ apli qui erãt ipſis pfectiores qñq₃ venialiter peccarẽt: iuxta illud Joh. in canonica. Si dixerimus q̃a pctm̃ nõ habemus noſipõs ſeducim⁹.

Diſtin. xxxix.

Uia plerũ q₃ piuriũ induQit mendaciũ:

ideo magiſter in diſtinctione xxxix. agit de piurio. Fit aũt piurium tripliciter vt dicit Magr̃ in littera. ſ. Cum iurans loquit̃ falſum cum intentione fallendi. Uel cum loquit̃ verũ quod credit eſſe falſum. Uel cum loquit̃ falſum: credens dicere verum. Qui eñi non eſt certus de aliq̃: licz credat ita eſſe: non debet ſimpliciter iurare: ſed tñ debet iurare de credulitate. Inhibet̃ etiã piuriũ ſcdo p̃cepto decalogi: cum dicit̃. Non aſſumes nomẽ dei tui invanũ. i. fruſtra: vel pro nihilo: quod dupliciter põt intelligi. Uno modo pro nihilo quod. ſ. nihil eſt q̃tum ad vtilitatẽ vel neceſſitatẽ. et ſic aſſumere nomẽ dei invanũ lz ſit malũ: q2 eſt diſpoſitio ad piuriũ: nõ tñ inhibitũ ſm Bonauen. z Scotũ. Unde. xxij q. j. Cõſidera. dicit̃: q̧ cõceſſuz erat iudeis iurare p deum: ne p idola iurando inciderent in idolatriã. Alio mõ nomẽ dei aſſumit̃ invanũ ſeu pro nihilo quãdo aſſumit̃ ad confirmandũ falſum quod de ſe nihil eſt: et ſic inhibet̃ hoc p̃cepto: vt dicũt Alexander de Ales z Ni. de Lyra. Dicunt aũt quidã q̧ ſcienter iurãs ſine neceſſitate vel vtilitate mortaliter peccat. quia facit irreuerentiã deo ipm adducẽdo in teſtem ſine cauſa. ſed iſtud videt̃ valde abſurduz Bonauenture in expoſitione littere. Ad iſtud aũt qd̃ adducit̃ de irreuerẽtia: dico q̧ iurãdo fit deo duplex irreuerẽtia. quedã adducẽdo ipm in teſtẽ falſitatis. et talis eſt mortalis: cũ ſit directe cõtra preceptum qd̃ explanat̃ Deute. v. vbi dicit̃ q̧ nõ erit impunit⁹ qui nomen dei ſup rem vacuam aſſumpſerit. Alia fit irreuerẽtia deo iurando ſine cauſa. et talis eſt venialis: cum nõ ſit directe contra preceptum: quia lz ibi ſit vanitas ex parte iurantis: non tñ ex parte rei iurate: quod reqrit̃ ad hoc vt aliq̃s ſit tranſgreſſor p̃cepti: vt patet ex autoritate allegata. Cõcor. Tho. in. ij. ij. agendo de iuramento: periurio et expoſitione p̃ceptoꝝ in varijs locis. Hoc modo dicit Scotus q̧ nomen dei invanum aſſumit̃ cum q̃s iurat non ſolũ inutiliter ſed etiã irreuerẽter: adducẽdo. ſ. deum in teſtimoniũ falſitatꝫ in quo fit deo irreuerẽtia: talis nanq₃ dat intelligere vel q̧ deus veritatẽ nõ cognoſcat: vel q̧ falſũ teſtificari velit: et ſic non ſit oino veraꝫ. et ideo ſic ex deliberatõe peierans mortalit̃ peccat. Si q̃s aũt indeliberate peierat: q̃tienſcũq₃ peieret nõ peccat mortalit̃. Cũ eñi de⁹ nõ ſit pnior ad puniẽdũ q̃₃ ad cõdonandũ z actus meritorius requirat q̧ ſit ex plena deliberatione: nõ min⁹ id reqrit actus demeritorius. quare piuriũ indeliberatũ quotienſcunq₃ iteratũ: nõ eſt peccatũ mortale. Sicut tñ virtuoſus habens magnã prudentiã quaſi in tpe imperceptibili deliberat: itaq₃ poſſz vicioſus ex habitu oppoſito quaſi in tẽpore impceptibili deliberare: ita q̧ talis deliberatio eſſet ſufficiẽs ad rõnem pcti: ſicut alia ad rõnem meriti. Hec Scot⁹. Bonauentura ꝓo dicit q̧ ſi piuriũ cõmittat̃ circa iurationẽ deliberataz z ſolennizatã vt in iudicio: ſic eſt enorme peccatũ. Si ꝓo cõmittat̃ circa iurationẽ nec deliberataz nec ſolennizatã: tũc eſt tñ veniale. Si ꝓo cõmittat̃ circa iurationẽ deliberatã lz nõ ſolennizatã: tũc aut deliberat de dicto et iuramento: vtrũ. ſ. dictum ſit verũ: et vtꝝ ſit iuramento cõfirmandũ. et tunc ſi peierat: mortaliter peccat. Aut deliberat de dicto tñ vtrũ ſit veꝝ: non tamẽ de iuramento ſupaddito. et tũc poteſt eſſe veniale peccatũ. Qd̃ aũt dictum eſt q̧ piuriũ reddit hominẽ infamẽ: veꝝ eſt ſm Rich. ſi pro piurio ferat̃ ſentẽtia diffinitiua cõtra ipm. De quo dicet̃. xxv. diſt. quarti.

De piurio.

Notandũ inſup q̧ due ſunt ſpecies iuramẽti. ſ. Aſſertoriũ et Promiſſoriũ. Iuramentũ aſſertoriũ eſt qñ iurat̃ aliq̃d de pſenti vel de p̃terito ſic eſſe vel non fuiſſe Promiſſoriũ ꝓo eſt cum quis iurat ſe ali

Iuramenti ſpẽs.

Condiciones iuramēti boni.

quid daturū vel facturū: aut nō daturū vel non facturū. Item notandū ꝙ ad hoc ꝙ iuramentū recte fiat: reqͥrunt tres conditiones que ponunt Hiere.iiij. Iurabis in veritate: iuſticia: et iudicio. Ubi aūt deeſt aliqua iſtarum ꝯdicionū: eſt ꝑiurium: ſm Hiero. Non accipit aūt hoc modo ꝑiurium ꝓprie quod eſt mendaciū iuramento firmatū (vt dictū eſt: ꝛ fit ꝑncipaliter ꝓpter defectum ꝑme cōdicionis ſcʒ ꝟitatis) ſed ſumit large. Cū aūt deeſt ſecunda condicio. ſ. iuſticia: puta cum qͥs iurat ſe facturū aliqͥd cōtra diuinū preceptum: talis dicit peierare. quia obligat ad frangendū iuramentū. Cum etiā deeſt iudiciū diſcretōis: puta ſi qͥs iuret ſine cauſa rationabili: talis dicit peierare. qꝛ tale iuramentū eſt diſpoſitio ad ꝑiuriuʒ: ſicut ſequi mulierū conſortia diſponit ad luxuriam. Ex defectu aūt harū condicionū accidit qͣndoqʒ pctm̄ mortale: qͣnqʒ veniale. de quibꝰ eſt per ordinē videndum. Prima itaqʒ cōdicio eſt veritas que debet eſſe in conſciencia iurantis: vt ita eſſe credat ſicut iurat: qͣntum ad iuramētū aſſertoriū. ꝛ ita facere ꝓponat: qͣtū ad iuramentū promiſſoriuʒ. Un̄ iurans aliquid cuius oppoſitū magis credit ſeu quod eſt ſibi dubium: mortaliter peccat. ſm Scotum. Si aūt querat in iuramento aſſertorio: vtrum peierans neceſſitate compulſus pro vita: fama: vel rebus ſeruandis peccet mortaliter: Dicūt cōmuniter doctores ꝙ ſic. quia facit irreuerentiam deo: vt dictū eſt. Licʒ em̄ talis excuſetur a tāto: quia metus attenuat culpā. nō tamē a toto: quia volūtas cogi nō poteſt: extra de his q̄ vi metus ve cauſa fiūt Sacris. Un̄ potius debet aliqͥs oīa mala tolerare qͣʒ falſum iurare. Nec etiā excuſat a mortali qui ioco ſe peierat. quia non vitat diuinam irreuerētiaʒ (ſm Thomā et Petrū) Hoc aūt eſt veꝝ ſm Bonauē. cum quis iurat ex deliberatiōe intēdens illud per diuine veritatis teſtimoniū cōfirmare. non ſic de illo qui ex quadā conſuetudine iurat: non intendens quē inuocat ꝛ ad qͥd. Eſt tn̄ talis cōſuetudo valde cauēda. qꝛ plerūqʒ aſſuetudo inducit libidinē ꝛ cōtēptuʒ. De h̄ nota qꝺ habet xxiiij. diſt. ſecūdi ſen̄. In iuramēto aūt ꝓmiſſorio ſciendū ꝙ nō excuſat a mortali iuramentū nō complens: etiā coactꝰ iurans: vt dicit cōmuniꝰ. et hoc ſi iuramentum fuerit reſpectu rei licite. ꝛ ſe intenderet obligare: niſi iteruenīat diſpēſatio vł relaxatio. Excipiunt tn̄ aliqͥ caſus vt i votis ꝛ matrimonijs: vbi datio debet eſſe libera: vt in. iiij. videbit. Is aūt q̄ doloſe iurat ſic vicʒ ꝙ ꝑ illa ꝟba ſe obligare non intendit: lʒ in foro dei q̄ iudicat ſm ſecreta conſcientie nō obliget ſm Bonauē. et Sco. qꝛ ſe noluit obligare: cum ꝟba ſm Greg. deſeruiāt intētioni. et deꝰ talia verba iudicat q̄lia ex intimis ꝓferunt. tn̄ qꝛ doloſe iurauit et nomē dei i vanū aſſumpſit: ſtatim in ipſo actu ꝑiurium cōmiſit. Un̄ ex iſto iuramento iudicat apud deū dignꝰ pena eterna. Et ſi arguit contra illud Iſidori de ſūmo bono. Quacunqʒ arte ꝟboꝝ qͥs iuret: deus ſic accipit ſicut is cui iurat intelligit. Rn̄det Bonauē. ꝙ deus dicit ſic accipe nō ꝙ iudicet taleʒ obligatum ad iuramētū complendū. ſed quia iudicat talē dignum pena eterna ratione talis iuramenti. vł ſic accipit. i. vult ſic accipi ab eccleſia que nō iudicat de occultis. vn̄ ꝑ eā coget tenere iuramentum. Talis etiam vt dicit Rich. cauere tenet indēnitati ꝓximi quē doloſe iurādo decepit. Quidā aliter dicūt. ſed hic modus ponendi videt verior.

Scđa condicio iuramēti.

Scđa condicio iuramēti eſt iuſticia: que debet eſſe ex ꝑte eius quod iurat: vt vicʒ ſit iuſtū ꝛ licituʒ. Un̄ qui ſcienter iurat aliqͥd qꝺ eſt manifeſte illicitū ꝛ cōtra diuinū ꝑceptū: mortaliter peccat iurādo ꝛ etiā iuramētū ſeruādo. Qui ꝟo iurat ſe facturū aliqͥd veniale: venialiter peccat ſm Rob.

De iuramēto incauto

Tale autē iuramentū dicit incautū. quia ſic iurans non habet debitam cautelam ad cōſiderandū exitum ſui iuramenti. De quo dicit Sco. ꝙ iuramentū incautū dicit vno modo quod trāſit ſuper materiā oīno illicitam. puta aliquis iurat ſe occiſurū vel adulteraturū. et ſi non habeat talem intētionem: peccat mortaliter. quia adducit deum in teſtimonium falſi Si etiam habuerit talem intentionem: peccauit mortaliter. quia tale velle peccare mortaliter

eſt peccare mortaliter.talis igitur oino in
ipſo actu iurādi peccat mortalit.ſed poſt
actum non debet implere iuramentū.qa
nō debet adycere pctm̄ pctō. Alio mō
eſt iuramentū incautū quia tranſit ſuper
aliquā materiā q̄ de ſe eſſet licita: ſed nō
eſt materia licita iuramenti.vt ſiqs abiu
rat opa pfectionis:qḋ qdem eſt illicitū.
q: hoc eſt ponere obicem motui ſpūſſan/
cti.Licʒ eīm abſolute liceat nō facere opa
pfectionis:nō tm̄ licet habere velle fixum
cōtra motionē ſpūſſancti. Poſſet etiā
dici iuramentū incautū:quādo aliqs iu/
rat ſe facturū qḋ nō pōt facere. ſi tamē qn̄
iurauit credidit ſe poſſe:excuſat. De hoc
dicit Rich.q nullum iuramentuʒ dero/
gans charitati obligat iurantē ad ſeruā/
dum id quod iurat.Et q: oia precepta ⁊
cōſilia diuia ordinant ad charitatē (Ut
eīm ait aplus:finis precepti eſt charitas)
ideo nullū iuramentū eſt obligatoriū qḋ
derogat alicui pcepto diuino vel cōſilio.
quia etiam qdlibet pctm̄ mortale dero/
gat alicui pcepto diuino:quia eſt contra
aliqd pceptum diuinū.et etiā veniale in/
q̄tū eſt diſpoſitio ad mortale.Ideo nul
lū iuramentū de faciendo aliqd peccatū
mortale vl' veniale eſt obligatoriū.Quia
etiam diuina conſilia ſunt de bonis opi/
bus ſupererogationis ⁊ pfectōis:ideo nul
lum iuramentū de nō faciendo aliqd bo
nū opus ſupererogationis: vel de faciēdo
cōtrariū bonis opibꝫ ſupererogatiōis obli
gat.nec etiā iuramētuʒ de nō faciendo ea
que meli⁹ eſt facere q̄ nō facere vel econ/
tra. Ideo iurans q nō tenebit aliquē in
ſuo ſeruitio quē al's eſſet melius retinere
q̄ nō retinere.vel q nō loquet̃ ꝓximo cū
q melius eſſet loqui:vel q non faciet ſibi
ſubuentionē vel conſolationē temporalē
vel ſpūalem quā al's melius eſſet facere
q̄ nō facere.vel q non viſitabit eū in do/
mo ſua quē al's meli⁹ eſſet viſitare q̄ nō
viſitare.et ſic de ſimilibꝫ:non obligat ad
ſeruādū qḋ iurauit. De omnibꝫ eīm tali/
bus intelligit illḋ quod habet.xxij.q.iiij.
In male ꝓmiſſis reſcinde fidem:⁊ in tur
pi voto muta decretū:quod incaute vo/
uiſti ne facias. Itē in eadeʒ cauſa ſi ali
quid nos forte incautius iuraſſe contige
rit quod ſeruatū vergat in peiorez exitū:
illud ſalubri cōſilio mutandū nouerim⁹.
Propter tm̄ reuerentiā diuini nomis in/
uocati:et ad punitionē temeritatis ſic iu/
rantiū: et propter reuerentiā eorū qui p̄/
ſunt:non eſt cōtra quelibet talia iuramē/
ta ꝓpria autoritate veniēdū:ſed eſt ad ſu/
periorē recurrendū: q̄ maxime vbi dubi/
tat vtrū iuramentū obſeruatū vergat in
peiorem exitum.Hec Rich.Concordat
Rob. Forma āo iurādi eſt multiplex.
Qñqʒ eīm iurat dicēdo. Uiuit deus. vel
aliquod ſimile.vel Hec faciat mihi dñs
et hec addat.Et de talibꝫ poſtea dicetur.

Tertia condicio requiſita ad iuramen
tum eſt iudiciuʒ diſcretionis ſeu diſcreta
deliberatio: ne ſcʒ fiat iuramentū ſine p̄/
meditatione ſm Bonauen. vel neqs iu/
ret quod pro tunc implere non valet: ſm
Tho. vel ne iuret ſine cauſa rōnabili ſm
alios:vt pro fidelitate ſeruāda. vel qa is
cui iurat nō vult ſimplici aſſertiōi credē/
re ⁊c̄. Uñ lʒ ſm Tho.in.iij.ſen.⁊ Bona
uen.et Ray. veniale ſit iurare in cōmuni
ſermone aliquod licitum ſine cauſa:puta
Per deum cras ibo ad eccliam:vel come
dam carnes: ⁊ hmōi.xxv.di.§. Crimis.
A talibꝫ tn̄ eſt abſtinendū.quia freqntia
iurādi eſt piculoſa.ex ipſa q̄ppe ſepe labi/
mur in piurium. Eccl.xxiij. Iuratiōi nō
aſſueſcas os tuum:multi eīm caſus in ea.
Ideo dicit dñs. Sit ſmo veſter: eſt:eſt.
non:non.et nō iuremus oino. Ubi p ne/
gationē ſigno vniuerſali p̄poſitam deſi/
gnat nō vniuerſaliter eſſe iurandū:ſed ex
cauſa rationabili.Nō aūt poſtpōit ſigno
quia tunc ſenſus eſſet nullo modo eſſe iu
randū.iuxta illud.Non ois qdaʒ nō: ois
non quaſi nullus.Eſt aūt cōſiliū:non p̄/
ceptum:ſm Scotū.Uñ Aug. ad publi
colam.Dictum eſt in nouo teſtamēto ne
oino iuremus.quod inde ꝓpterea dictuʒ
eſſe videt nō q iurare ſit peccatuʒ:ſed qa
peierare imane peccatū eſt:a quo nos lō/
ge eſſe voluit qui oino ne iuremus cōmo
nuit.In autoritatibꝫ aūt dicētibꝫ hoc do
minū ꝓhibuiſſe: ſumit probibitio large
p diſſuaſione eo modo quo dicunt pec/
cata venialia prohiberi.i.diſſuaderi: ſm
Rob.Et hoc dicit Sco. q vtile eſt illud

tō ſiliū dñi: Sit ſermo veſter:eſt.eſt.ꝛ nō nō.q2 in multis ſermonibꝫ ſine iuramēto nō peccaret vbi cum iuramēto peccat: et grauiter ſi fiat ex deliberatione. Exemplū. Siquis ſine iuramēto aſſerit aliqd de quo nō eſt certus:credēs tñ illō plus ꝙ oppoſitū: non peccat nec mentit. quia non habet oppoſitū in mēte.et tñ ſi iurat peierat:adducēdo deū in teſtimoniū falſitatꝭ. Periculoſū eſt igit frequēter habere iuramentū in ore. Dicit tñ Petrꝰ ꝙ qñ falſum iuramēto aſſertorio iurat ꝛ iurās credit verum(ſiqdem adhibuit debitam diligentiā)nō eſt mortale. Similiter etiā qñ iuramētū fuit pmiſſoriū ſi propter legitimū impedimētū omittat impleri: excuſat ſaltem a mortali. Eſt aūt Iurare aſſerere dictū hūanū eſſe verꝫ:adducēdo deum in teſtem qui nec fallere pōt nec

Forma iurādi. falli. Forma ſꝫo iurandi eſt multiplex. Qñqꝫ eñ iurat dicendo: Viuit deꝰ:vel aliquod ſimile. vel: Hec faciat mihi dñs et hec addat. ſicut in antiq lege. vbi introducit ipſa veritas in teſtimoniū in ratōe premiantꝭ vel punientis. Cū eñ dicit:viuit dñs:ſenſus eſt ꝙ ille adducit in teſtē qui alijs vitā tribuit. Adducit etiam prima veritas in teſtimoniū: dicēdo: per deum:in deo:teſtis eſt mihi deus.qd̄ eſt idem iurare ſm rem:vt dicit Bonauen. licꝫ ſit differentia ꝙtum ad modū loqndi. Hec eñ ppoſitio per: magis importat diuinā veritatē ſub ratiōe e pncipiantis. Hec aūt ppoſitio in: dicit ipſam veritatem ſub rōne exemplātis. Hoc modo iurauit aplꝰs in epiſt.ad Rhom. dicens Veritate dico in chriſto Ieſu ꝛ nō mentior. Innocētius etiam dicit ꝙ nulla vel modica differētia eſt in iurando vt dictū eſt:vel dicēdo: Promitto hoc i fide mea

Iuramentū quoqꝫ qd̄ fit p imprecationē:vt cū dicit. Si hoc nō fecero:hoc accidat mihi vl filijs meis. vocat ab alijs: p execrationē.quia ibi inducit creatura aliqua in qua diuinū iudiciū exerceat. Vñ ſm Aug.ſic iurans obligat ſe deo:vt hec illis eueniāt ſi ſecus eſt ꝙ dicit. Et ſic dicit Matth.xxvj.ꝙ Petrus cepit deteſtari ꝛ iurare.hoc eſt execrari vl maledicere.

qſtio Circa predicta dubitat pmo Vtrū liceat iurare per aliquid creatum? Q, non Sup illud Matth.v. Non iurare oino neqꝫ per celū ꝛc. dicit gloſa. Qd̄ pfectionis eſt docuit:cum dicit:non iurare oino Quod ſꝫo ſupſtitioſum eſt reſecauit:cum ſubiungit:neqꝫ p celum. ergo iurare per creaturam eſt illicitū. Item Pius papa.xxij.q.j. Siqs p capillos dei iurauerit anathematizet. Si ergo illicitū eſt iurare per mēbra chriſti:cum ipſa ſint ſanctiora omnibus alijs creaturis: videt ꝙ p nullā aliā creaturā liceat iurare. Cōtra. Quotidie fideles iurant per ſanctos

Reſpōdeo ꝙ creatura poteſt dupliciter in teſtimoniū inuocari:aut ſm ſe: aut inꝙtum eſt veſtigiū veritatꝭ increate. Si ſm ſe:nō licet. qa ſic crederet ꝙ aliqd numinis eſſet in ea rōne cuius veritas dicti poſſet confirmari. Scdo aūt mō licet. qa ſic iurando nō venerat ds creaturam ſed eius cōditorē. Vñ hoc modo iurans per creaturā: iurat p eum q in creatura relucet. Et qm in omni creatura iſto mō relucet deus:p omnē creaturā poteſt licite fieri iuramentū. Quia ſꝫo pncipalius relucet in ſanctis: et maxime in verbis euangelice legis per que diuina veritas nob illuxit: hinc eſt ꝙ per ſanctos et euangelia maxime fit iuramētū. Quāto aūt ſanctiꝰ eſt id p quod iurat: tanto iuramētū eſt maius et magis obligatoriū ceterꝭ paribus. Quod dico: quia lꝫ ſimpliciter ſit maius iuramentū iurare p deum ꝙ per euangeliū: tñ peierās ſup euāgeliū ſolenniter: grauius peccat ꝙ iurans p deū in cōmuni ſermone: rōne maioris deliberationis ꝛ ſolennitatꝭ adhibite. Et Notandū ꝙ licꝫ iurans falſum p lapidē(mō pdicto)ſit piurus(vt dicit Augꝰ) q2 creatori lapidis ɔtumeliā facit: dum nomen eius per ipſius effectuꝫ intellectū aſſumit invanum. Siqs tamē non ſic iuraret ſed qdāmodo ludere intēderet: ſicut mos eſt aliqbus per bordas ſuas iurare: nō eſſet piurium. quia iurare non intendit ſed potius ludere: vt dicit Bonauē. Sic nō vident periuri per aliqua creata iurātes non intendentes iurare: ſed iuramentū p deum et ſanctos hoc modo loquēdi declinare. ſicut qdam iurant: per fidelitatē

Rñſio

meam vel p ſanguinem mei: ne iurēt per ſanguinē dei. vl aliq̄d ſimile. Ad illud quod obijcitur q iuramentū p creaturā eſt ſupſtitioſum: Dico q hoc intelligit q̄n do creatura ſm ſe conſiderata in teſtimonium veritatis adducit. Ad illud dico q canon ille loquit cōtra q̄ſdā hereticos ponētes deitatē habere membra corpea. Vel poſſet exponi de his q iurant p mēbra dei: vel deum abnegant deteſtando et vitupando. ſecus ſi tm̄ aliq̄d aſſerēdo vel negando. Hoc loquit directoriū iuris de blaſphemia allegans ſup hoc Hoſti. De hoc dicit Rod. q is qui iurat p mēbra dei que in alijs homib9 reputant inhoneſta: mortaliter peccat. Qui autē iurat per mēbra dñi que in alijs hominib9 nō cenſent inhoneſta: nō peccat mortalit: niſi hoc ducat in cōſuetudinem. Sed contra. Si pmus act9 iurādi nō eſt mortalis. ergo nec ſeq̄ntes: cum mltiplicatio indiuiduo2 nō variet ſpeciē. Rñſio. Dictum Rod. habet veritatē quando conſuetudini eſt cōtempt9 annexus. Plerūq3 em̄ aſſuetudo inducit libidinē et cōtēptū (vt dictum eſt ꝑus) et ſic exponit Rod. titulo de mēdacio: illud ꝟbum Auguſtini Nullū adeo veniale ē quod nō fiat mortale dum placet: qñ. ſ. illa complacētia ꝑponit dilectiōi dei ꝛ mandato2ū eius: ſic vicz q ita afficit ad illud pagendum q illud faceret etiamſi ſciret eſſe mortale peccatum ꝛ cōtra diuinum ꝑceptum. tūc em̄ eſt ibi verus contemptus. Dicit etiaz ibi q ſm quoſdā ↄſuetudo nunq̄ facit peccatū mortale i actu: niſi cōcomitet libido delectādi mortalis. opinionis quo2ū ſūt Bonauen. ꝛ Rich. xxiiij. diſtin. ſecūdi. et Scotus in diſt. pſenti. Talis em̄ libido eſt improba voluntas faciendi qđ libet. etiāſi eſſet cōtra diuinū mādatū. Vtrum ſit licitum recipe iuramentū per idola factum. Rñdet Petrus de Tharētaſia q in iuramento facto p idolum: eſt duo cōſiderare. vicz Ipſius idoli venerationez. et Exterioris verbi ↄfirmationē. Habēdo reſpectū ad primū. ſ. ad venerationez idoli: nō licet. quia idoli veneratio eſt oīno deteſtanda. Si ꝟo habeatur reſpect9 ad confirmationē veri pro cōmuni vtilitate vel neceſſitate: licet. ſicut licet elemoſynam recipe a dante cū murmure: et pecuniam a fenerāte. Unde Jacob recepit iuramentū a Laban qui erat idolatra: vt habet in Geneſi. Sed vtrum poſſim exigere: Videt q nō. quia ſic ſcienter excito eum ad peccandū: ſciens q iurabit p idola. et ſic pctō illius conſentio. et ſic ſum dignus morte: ad Rhom. j. qui conſentiūt facientibus ꝛc. Rñdeo q non excito euz ad peccatū. quia prius honorat idola in corde. ſicut etiam vſurarius habet volūtatem fenerandi q̄uis nō feneret in opere. Contra. Quia peccatum multiplicatur ſm multiplicationē actuū. et lz hoc velint habitu: tñ q̄ndoq3 non actu. ideo non videt q debeā exigere ab eis: vel tale mutuum: vel tale iuramētū. Vñ videt dicendum q poſſum petere qđ meuz eſt: vt pacis cōſeruationē per veritatis cōfirmationē: et meā releuationē p mutui acceptionem. Si aūt faciūt ſub forma indebita: vt cōfirmādo per idola vel feneran do repetendo vltra debitū: hoc deteſtari debeo nec aliq̄ modo exigere: cū in ſe ſit peccatū. et ſic faciēdo peccato co2 nō cōſentio: nec do eis directe occaſionē mali. Hec Petrus. Cōtra ꝑdicta arguitur. Quia vt dicit Aug9. et habet in littera. Qui petit ab illo iuramentū quē ſcit iuraturū falſum: aīam ei9 occidit. ergo a ſimili de illo qui petit iuramētū ab eo quē ſcit iuraturū per idolum. Item Videt q a nullo liceat iuramentū recipe. qz ſup illud Matth. v. Qđ amplius eſt a malo eſt: dicit glo. Nō tuo ſed illius a q̄ cogeris iurare. Ad iſta reſpōdet Bonauen. Ad pmū dicit: q non eſt ſimile. q2 illud eſt in veritatis ſubuerſionem: nec poteſt fieri bona intentiōe. Juramentū ꝟo ab idolatra factum fit ad veritatis confirmationē. qz infideles frequenter ita reputant ſe obligatos p iuramēta illicita ſicut chriſtiani per licita. Jntelligit aūt dictuz Auguſtini de illo qui exigit iuramētū vt pſona priuata. quia pſona publica puta iudex tenet ex officio ſuo exigere iuramētum ſm iuris ordinē: ſiue ſciat: ſiue neſciat ipm falſum iurare. Ad ſecūdū dicit q illud ꝟbū ſaluatoris intelligit de ma

Rñſio ad ar.

lo contracte penalitatis. Niſi eñ interue-
niſſet incertitudo de veritate cōſciētie ali-
ene ⁊ pronitas ad decipiendū ⁊ male ſuſ-
ſpicandū: non eſſet neceſſariū iuramētū.
ſed ex hoc nō poteſt generaliter concludi
ꝙ iuramentū recipe ſit illicitum. De hoc
dicit Tho. in ſcða ſcðe: ꝙ licet vti ma-
lo ꝓpter bonum: ſicut ⁊ deus vtit᷑. nō ta-
men licet aliquē ad malū inducere. Unð
licet eius qui parat⁹ eſt per falſos deos
iurare iuramentū recipe: non tamen licet
eum inducere ad hoc ꝙ per falſos deos
iuret. Alia tñ ratio videt᷑ eſſe in eo qui
falſum per verum deum iurat. quia in ta-
li iuramento deeſt bonum fidei qua vtit᷑
aliquis in iuramento illius qui verū per
falſos deos iurat: vt Auguſtin⁹ dicit ad
publicolā. Unde in iuramēto eius q̄ fal-
ſum per verum deum iurat nō videt᷑ eſſe
aliquod bonū quo vti liceat. Unde qui
ſcit eum falſum iuraturū et cogit ipm iu-
rare vt perſona priuata: homicida eſt.

q̄ſtio Utrū ſiqs ſimpliciter iuret intelligat᷑
aliqua condicio. Reſpōſio ſm Hoſtiē.
Multe condiciones etiā ſi taceant᷑ intelli-
gunt᷑. ſcȝ ſi deo et pape placuerit. quia ſp
videt᷑ eius auctoritas excepta. xxv. q. j. §.
vltimo. ꝟ. Ipſi nāqȝ. Item Si res in
eodē ſtatu ꝑmanſerit. vnde ſi quis gladi-
um depoſuit ⁊ factus furioſus ipſum re-
petit: non teneor reddere: etiamſi iuraui.
xxij. q. ij. Nequis. Item Si mihi ſerua-
ueris fidem. Nō ſeruāti eñ fidem: fides
non eſt ſeruanda. Unde ſi non facis mi-
hi quod ꝓmiſiſti: non teneor. extra de iu-
reiurando. Peruenit. ij. et ca. Sicut. Itē
Si iuro tibi ſoluere ad certū tēpus: ſub-
audit᷑: niſi iudex cōtra ꝑcipiat. Nam ius
ſuperioꝝ ſemꝑ videt᷑ exceptū. extra de iure
iurādo. Ueniētes. ſimiliter niſi ꝑ te fue-
rim abſolut⁹. extra de iureiu. c. j. ⁊ c. Si-
cut. Itē. Si iuro tibi tanqȝ regi vel epo:
te depoſito: non teneor. Itē. Si iuro ſta-
re mandatis tuis ꝓ offenſa tibi vel tuis fa-
cta: intelligit᷑ niſi ꝑcipias imoderatū: in-
iuſtū: vel impoſſibile. extra ð iureiurādo
Ueniēs, ⁊ c. Quintauallis. Hec Hoſti.
Itē intelligit᷑. ſi facultas ſe obtulerit. extra
de iurau. Querelā. et c. Breui. Itē. Si
iuro tibi dare filiam meā in vxorē: intelli-
gitur ꝙ bona fide laborabo vt eam ha-
beas: nec ad aliud obligor. extra de ſpon
ſa. Ex lrīs. Itē Si iuro alicui fidelitatē:
vel ꝙ nō ero cōtra eum: intelligit᷑ ne ꝑcu-
rem vel conſentiā ꝙ vitam vel mēbrū vl᷑
res ſuas ꝑdat. ſed ſi me offendat vel con
ſiictos mihi: potero me tueri extra de iu-
reiu. Impetꝫ. et c. Ego. Utrum iurā- q̄ſtio
do liceat vti ꝟbis duplicib⁹. Rñdet Ro-
doneñ. ꝙ ſiqs iurando vteret᷑ ꝟbis dupli-
cib⁹ q̄ ꝯtinent veꝝ in vno ſenſu ⁊ illo ſen
ſu intelligeret: forte nō peccaret ſi per cau
telam hmōi maliciā ei⁹ cui iurat excludet-
ret. Hec Roð. Ad hoc facit ꝙ Abraam
dicit vxorē eſſe ſororē ſuā. Utrū ille cui q̄ſtio
iuramēto aliqd ꝓmittit᷑ poſſit relaxare iu
ramētuȝ. Rñō ſm Tho. in. ij. ij. Nō po-
teſt aliquid alicui ꝓmittere ſub iuramēto
dupliciter. Uno mō q̄ſi ꝑtinens ad vtilita
tē ipſi⁹: vt ſi iuret ſe ei ſeruiturū vel pecu-
niam daturꝝ. et a tali pt abſoluere ille cui
iuramētū factuȝ eſt. Intelligit᷑ eñ iam ei
ſoluiſſe ꝓmiſſum: cum de eo facit ſm ei⁹
voluntatē. Alio mō ꝓmittit aliqd alteri
ꝑtinens ad honorē dei vl᷑ vtilitatē alioꝝ.
puta ſi aliqs iuramento ꝓmittat alicui ſe
intraturꝝ religionē vel aliqd opus pieta-
tis facturꝝ. et tūc ille cui ꝓmittitur nō pōt
abſoluere promittentē. q̄a ꝓmiſſio nō eſt
facta ei principaliter ſed deo: niſi forte ſit
interpoſita cōdicio. ſ. ſi illi videbit᷑ cui ꝓ-
mittit: vel aliqd tale. Quid ſi iuro ge- q̄ſtio
neraliter aliquid: nunqȝ ad ſpecialia te-
neor? Rñō ſm Hoſti. Cum generalitas
obſcuritatē pariat: nō videor cogitaſſe ð
his ſuꝑ q̄b⁹ ſpecial᷑r iuratur⁹ nō fuiſſem.
igitur ſi emergat caſus inopinat⁹ de quo
ſi cogitaſſem: nullo mō iuraſſem: non te-
neor. Quid qñ in iuramēto nō eſt ea- q̄ſtio
dem intentio iurantis ⁊ recipiētis? Re-
ſpōſio ſm Tho. i. ij. ij. Si ꝓueniat ex do
lo iurātꝭ oportet iuramētū ſeruari ſm ſa
nū intellectū ei⁹ cui iuramētū preſtat᷑. Si
ꝟo iurās dolū nō adhibeat: obligat᷑ ſolū
ſm intentionē ſuā. Quid de iuramēto
alicui⁹ ſocietatꝭ vel vniuerſitatꝭ? Rñſio q̄ſtio
ſm Tho. in. ij. ij. et Ray. ꝙ quando vni-
uerſitas alicuius ciuitatis vel collegij iu
ramēto ſe obligauerit et iurātes mortui
ſunt: ſucceſſores facientes cōtra nō ſūt ꝑi-

hoc pluri. Nam obligatio iuramēti pſo-
nalis eſt ⁊ nō tranſit ad ſucceſſores: tenēt
tñ ex quadā fidelitate adiplere qḋ iuratū
questio fuit. Qñ multitudo iurat aliqd facere
vel nō facere nūqd aliqbꝫ ꝯtrauenientibꝫ
pñt alij ꝯtrauenire. Rñſio ſm Rod. ſi
abſolute ⁊ in oēm euentū iuratū eſt qlibꝫ
ſeruare tenet. ſi vero ſub ꝯditiōe nō tenetur
qs niſi extāte ꝯditiōe. ꝙ ſi qs intenderet
alijs nō ſeruātibꝫ ſe nō ſeruatuꝝ nō tenet
ſi aūt de intentiōe neſcit: tuti⁹ eſt ſeruare
questio Que maior obligatio voti vel iuramē-
ti. Rñſio ſm Tho. in. ij. ij. votū ex ſui
rōne eſt magis obligatoriū. Nam obliga-
tio voti cauſat ex fidelitate quā dō debe-
mus: vt ſcꝫ ei ꝓmiſſum ſoluamus: cuius
trāſgreſſio infidelitatē ⁊ ꝑ ꝯñs irreueren-
tiā ꝯtinet. obligatio aūt iuramēti cauſat
ex reuerētia quā debemus ei ex qua tene-
mur ꝙ verificem⁹ illḋ qḋ ꝑ nomē eius ꝓ-
mittimus cui⁹ trāſgreſſio ꝯtinet irreuerē-
tiā tantū. Cōcordat Lyra. Num. xxx. di-
cens: ꝙ maxima irreuerētia que poſſit eē
ſubiecti ad dñm eſt infidelitas. Confir-
mat aūt qñqꝫ votū iuramēto: nō vt ꝑ ali-
qd firmius: ſed vt ꝑ duas res imobiles
questio maior firmitas adhibeat. Utrū in iu-
ramētis poſſit diſpenſari. Rñdet idē vbi
ſup. ꝙ in iuramētis ꝓmiſſorijs diſpenſa-
ri pōt ſicut in votis: cū votū ſit maioris
obligationis vt dictū eſt. Ubi notandū
ꝙ illḋ qḋ cadit ſub iuramēto ꝓmiſſorio
aliqñ eſt manifeſte pctm̄. vel maioris bo-
ni ipeditiuū: ⁊ tale iuramentū diſpēſatio-
ne nō indiget. Aliqñ eſt dubiū vtrū ſit li-
citū vel illicitū. ꝓficuū vel nociuū aut ſim-
pliciter aut cū aliq̄ caſu: ⁊ in hoc pōt qli-
bet eps diſpēſare. Cū vero ꝓmittit ali-
qd cū iuramēto qḋ eſt manifeſte licitū ⁊
vtile: in tali iuramento nō videt habere lo-
cū diſpenſatio vel cōmutatio: niſi aliqd
melius faciendū occurrat ad cōem vtili-
tatē. qḋ maxie videt ꝑtinere ad ptātem
pape q̄ habet curā vniuerſalis eccl'ie. Si-
militer etiā iuramenti abſoluta relaxatio
ad papā ꝑtinet: in oibꝫ generalr q̄ ad diſ-
penſationē rerū eccliaſticaꝝ ꝑtinet ſuper
qs habet plenitudinē ptātis: ſicut ⁊ ad
vnūquēqꝫ ꝑtinet irritare iuramentū qḋ
a ſubditis factū eſt circa ea que ſubdunt
eius ptāti. ſicut pater pōt irritare iuramē-
tū puelle ⁊ vir vxoris. vt dicit Num. xxx.
ſicut de voto dictū eſt. Hec Tho. Rod.
vero dicit. ꝙ nō tm̄ papa ſed etiā eps iu-
ramēta licita ſicut ⁊ vota pōt in meli⁹ cō-
mutare maxie cū iurat qḋ nulli eſt vtile ⁊
alicui eſt damnoſuꝫ. Nec obſtat extra
de elec. Venerabilē. Ubi dicit ꝙ etſi iu-
ramentū fuerit illicitū papa ꝯſuli debuit
eo ꝙ ad papā ꝑtinet diſcernere an iura-
mentū illud fuerat licitū vel illicitū. q: de
reg̃ alemanie: qḋ q̄ hꝫ eīpo imperator de-
bet eſſe. qḋ ſine approbatione pape fieri
nō debet. ⁊ forte circa magnas pſonas ⁊
ardua negocia ꝓpter ſcandalū ſolus pa-
pa pōt interponere ptē ſuā in talibꝫ iura-
mētis. ⁊ forte etiā in iuramēto vniuerſita-
tis ꝓpter ſcandalū nō pōt eps diſpēſare
vel in aliud cōmutare: licꝫ h' poſſit in iu-
ramēto pſone priuate. Pōt etiā dici ꝙ qñ
iuramentū eſt dubiū vel licitū: ſolus pa-
pa pōt ipm relaxare ſine aliq̄ cōmutatiōe
q: ei⁹ autoritas excepta videt. Eps vero ſi
nō poſſit a iuramēto ſimplr abſoluere:
pōt tñ in melius cōmutare. nec hoc eſt cō-
tra iuramentū venire vel ipm infringere.
ex. de iureiu. Peruenit. Hec rod. In-
nocen. aūt ⁊ Hoſtien. extra. c. Debitores
dicūt ꝙ eps in iuramētis diſpēſat ſi ſint
dolo vi vel metu extorta. xv. q. vj ca. j. et
ij. extra. c. Cū ꝯtingat. Imo etiā eps pōt
qñqꝫ ex cauſa in iuramentis licite pſtitis
diſpēſare. Additqꝫ Innocen. ꝙ non vi-
det q̄re eps nō poſſit iuramēta in melius
cōmutare ſicut in voto. Pro hac opini-
one poſſet adduci illud qḋ habet de re.
iur. in. vj. Cui licꝫ qḋ pl⁹ ē: licet vtiqꝫ qḋ
eſt min⁹. ſꝫ epo licet vota ſimplicia in me-
lius cōmutare: ergo ⁊ iuramenta. cū votū ſit
maioris obligatōis vt dictū eſt. Minor
ptꝫ extra de voto. c. j. vbi dicit ꝙ voti pe-
grinatiōis diſpēſatio pēdet ex eius q̄ pſi-
det arbitrio. Utrū liceat hoiem adiu- questio
rare. Rñſio ſm Tho. Adiurare eſt ſm
quandā ſilitudinē iuramēti a ſe inducti:
aliū ad aliqd agendū ꝓuocare ꝑ inuocatio-
nē diuini nois vel alicui⁹ rei ſacre. qḋ pōt
fieri dupl'r. Uno mō neceſſitatē alteri im-
ponēdo ſicut iponit ſibi ipſi iurando: ⁊ ſic
pñt ſuperiores ſubditos ſuos adiurare qa

pn̄t ex debito ꝓſtiti iuramēti compellere.
Alio mō intendēdo ſolū ꝑ reuerentiā
diuini nois vł alicuius rei ſacre aliqd ab
altero obtinere abſq₃ neceſſitatis īpoſiti-
one: ⁊ talis adiuratio licita eſt reſpectu q̄-
queſtio rūlibet. Utrū liceat demones adiura-
re: Rn̄ſio ſm Tho.ij.ij. ꝙ poſſumus de
mones adiurando ꝑ virtutē diuini nois
tanq̄₃ inimicos repellere ne nob̄ noceant
vel ſpūalr vel corpalr ſm illud Luce. Ec
ce ego dedi vobis ptātem calcādi ſupra
ſerpētes ⁊ ſcorpiones ⁊ ſup̄ oēm virtutē
inimici: ⁊ nihil vobis nocebit. Non tn̄ li-
citū eſt eos adiurare ad aliqd ab eis ad-
diſcendū vel obtinendū: q₂ hoc ꝑtinet ad
aliquā ſocietatē cū ipis habendā. niſi for
te ex inſtinctu ſpeciali vel reuelatiōe diui-
na aliq̄ ſcti ad aliquos effectus demonū
opatione vtanť: ſicut legiť de btō iacobo
ꝙ ꝑ demōes fec̄ hermogenē ad ſe adduci

N diſtincti

Diſt. xl one. xl. agit magr̄ de nono
⁊ decimo p̄ceptis: q̄ ſimul
ponunť Exod. xx. ſic. Non deſiderabis
vxorē ꝓximi tui. Non ſeruū: nō ancillam:
nō bouē: nō aſinū ⁊ vniuerſa q̄ illius ſūt
In quib₉ ꝓhibenť luxuria ⁊ auaricia q̄
ad affectū: que in ſexto ⁊ in ſeptimo fue-
rūt ꝓhibita quo ad effectū ſeu opatione.
De no- Nono nanq₃ p̄cepto ꝓhibeť ꝯſenſus
no pre- rōnis in carnale opus. qui bene exprimiť
cepto. a dn̄o dicēte: q̄ viderit mulierē ad ꝯcupi
ſcendū eā. i. ad hoc vt ꝯcupiſcat. Hoc em̄
eſt plene aſſētire vt ſi facultas aſſit ꝑaga-
tur. ⁊ talis aſſenſus melius exprimiť dicē
do. Qui viderit ⁊c. q̄₃ dicēdo q̄ cōcupie-
rit. Cōcupiſcere em̄ mulierē ex ſubito mo
tu ſine deliberatiōe vel intētione ꝑficiēdi
actū eſt tātū veniale pctm̄. Intelligiť au-
tē h̄ de ꝯcupiſcētia inordinata ſc₃ ad for
nicandū vel metricandū. q₂ deſiderare fi
liā alicui⁹ in vxorē nō eſt ꝓhibitū. De
cimo aūt p̄cepto ꝓhibeť volūtas delibe
rata iniuſte accipiēdi vel detinēdi alienū.
de quib₉ magis dictū eſt in ſcđo. Ge-
neraliter autē hic ꝓhibeť omnis ꝯcupi-
ſcētia ſeu libido aut voluntas improba
adimplendi quodcūq₃ mortale peccatū.

Magis aūt explicatur de cōcupiſcentia
voluptatū ⁊ diuitiarū. q₂ forte videretur
talis ꝯcupiſcētia nō eſſe pctm̄ ꝓpter natu
ralē inclinationē quā habemus ad dele-
ctabile ⁊ vtile. Nō ſic de homicidio ⁊ fal-
ſo teſtimonio que ſūt horribilia. Nota
etiā ſm Bonauē. ꝙ decio p̄cepto ꝓhibeť
neq̄s ꝯcupiſcat alienū manēs alienū. In
hibeť etiā imoderatus appetitus haben-
di cū damno ꝓximi: ſic em̄ ꝯcupiſcēs nō
diligit ꝓximū ſicut ſeipm̄. Sūt queq₃ p̄
cepta de actib₉ virtutū. Quia vero teſte
ſaluatore: Qui vult ad vitā ingredi opꝫ
vt ſeruet mādata diuina. Ipa q₃ cum nō
poſſint obſeruari niſi aliq̄ľr cognoſcātur
ideo ad ipoꝝ obſeruātiā ē coꝝ noticia ad
ultis rōne vtētib₉ neceſſaria. ſm Bona-
uen. xxij. diſt. ſcđi. Quia vero nō poſſunt
adimpleri in vniuerſali q̄n ipleantur in
ꝑticulari: ideo neceſſaria eſt coꝝ cognitio
explicita. i. in ꝑticulari. Non em̄ ſufficit ſci
re in vniuerſali ꝓximū eſſe diligendū: ſed
etiā opꝫ ſcire in ꝑticulari mechari eſſe il-
licitū. ſic autem ſufficit illa ſcire q̄₃ tum ad
ſubſtantiā ipoꝝ. puta ſcire ꝙ deliberate
ꝯcupiſcere vxorē ꝓximi eſt ꝯ diuinū p̄ce-
ptū ⁊ hmōi. Scire autē illa ordinate nu-
merare nō eſt neceſſariū ad ipoꝝ obſeruā
tiā. ſiquidē multi ſimplices illa ordinate
numerare neſciētes melius illa obſeruāt
q̄₃ faciāt plures lrati ipa ordinate nume-
rantes. Un̄ ſufficit ipis vt de quolib₃ il-
loꝝ ſigillatim ꝑquiſiti ſciant veraciter rn̄
dere an ſit licitū vel nō. Hoc vero modo
diuina mādata cognoſcere eſt facile ex cō
muni p̄dicatione. tum etiā q₂ ipoꝝ noti-
cia eſt humane mēti naturalr inſerta. Ut
em̄ dicit aplˀs in eplˀa ad Rhom̄. ij. Cu₃
gentes que legē nō habēt naturalr ea q̄
legis ſunt faciūt eiuſmodi legē nō habē-
tes: ipi ſibi ſunt lex q̄ oſtendūt opus leg₃
ſcriptū in cordib₉ ſuis. Sicut em̄ princi-
pia ſpeculabiliū ex quib₉ ꝯcluſiones de-
pendent ſunt naturaliter nota: ſic ⁊ p̄nci-
pia agibiliū: vt deū non eſſe odiendū ſed
diligendū. Neminī iniuſte nocendū. hoc
aliis facere qđ volumus nobis fieri. Na
turale nāq₃ iudicatoriū remurmurat ma
lo ⁊ ad bonū nos ſtimulat vt dictū₃ fuit
in ſecūdo. agendo de ſynderеſi. diſt. xxxix.

Arguit Sed ꝯtra Rhom.vij. Concupiſcētiā
neſciebaꝫ niſi lex diceret Non ꝯcupiſces.
Rñdeo. Apl's loquit in pſona diuer-
ſoꝝ hoim in quib' lex nature obnubila-
ta erat p pctm̄. maxime q̄ꝫtum ad actum
interiorem. In quibuſdam em̄ homini-
bus intantū obſcurata fuit q neſciebant
vtrum concupiſcentia eſſet peccatuꝫ. In
alijs aūt ſic obſcurata erat q licet ſcirent
ꝯcupiſcentiam eſſe peccatū: nō tamen ita
graue. ⁊ ſic dicit gloſa. ꝯcupiſcentiā neſci-
ebā eſſe peccatū vel ita graue. Vide.xxij.
diſt.ſcōi.q.ij.quō ignorantia excuſat vel
aggrauat. Nota etiam q̄ de articulis
ſuffi.x. fidei in precedentib' dicta ſunt. Ratio
pcepts. autem numeri preceptoꝝ decalogi ſic po-
teſt haberi. Ad hoc em̄ q aliquis in ali-
qua cōmunitate bene cōmoretur: requi-
ritur vt bene ſe habeat ⁊ ad eum qui pre-
eſt cōmunitati ⁊ ad alios cōmunitatis cō
ſocios ⁊ participes. Principanti cōmu-
nitati vniuerſe: debet homo tria. Pmo
fidelitatē. ſcꝫ vt honoreꝫ pncipatus q̄ꝫtū
eſt in ſe ad alios non transferat. Scd̄o re-
uerentiā. vt ſcꝫ in eum nihil iniurioſum
cōmittat. Tertio famulatū ſcꝫ in recom-
penſationē beneficioꝝ ab eo receptorum.
Horum primū precipitur primo pcepto
ſcd̄m ſecūdo. ⁊ tertiū tertio. Ad proxi-
mos autē bene ſe debet q̄s habere ⁊ ſpe-
cialiter ⁊ generaliter. ſpecialr̄ quidē q̄ꝫtū
ad eos quorū eſt debitor. vt eis debitum
reddat. ad qd̄ ptinet preceptū de honore
parentū. Generaliter q̄ꝫtum ad oēs: vt
nulli nocumentū inferat ope: vel ore: vel
corde. ope quidē nec q̄ꝫtum ad perſonam
ppriam contra qd̄ dicitur. Non occides.
Nec quantū ad perſonaꝫ coniūctam ad
generationē prolis. cōtra qd̄ dicit. Non
mechaberis. Necꝫ in rem poſſeſſam. cō-
tra qd̄ dicit. Non furtum facies. Nocu-
mentuꝫ autē oris phibetur cum dicitur
Non loqueris cōtra proximū falſum te-
ſtimoniū. Nocere aūt proximo pōt quis
in affectu per concupiſcentiā oculorū ⁊ p
concupiſcentiā carnis. contra que duo di-
citur. Non ꝯcupiſces ⁊c. Et notandū
q licet in lege noua ſint aliq̄ difficilia cu-
iuſmodi eſt ꝯfeſſio peccatoꝝ: tamē omni-
bus hincinde penſatis lex noua eſt leuior
veteri lege dicēte dn̄o. Venite ad me
oēs qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊c. tum
ppter multiplicationē preceptoꝝ iudicia-
lium ⁊ cerimonialiū. Vt em̄ ait Aug. ad
inq̄ſitiones ianuarij rabbi moyſes enu-
merauit plusq̄ ſexcenta precepta legalia
ad que illi tenebant: quoꝝ quedaꝫ erant
valde difficilia: vt ter i anno oēm maſcu-
lum apparere in hieruſalē q̄ꝫtūcūqꝫ di-
ſtaret. Lex autē noua nō habet niſi ſeptē
ſacramenta quoꝝ quedaꝫ nō ſunt omni-
bus chriānis neceſſaria. vt nō omnes cō-
trahunt matrimoniū. nec ordines ſuſci-
piunt. tuꝫ ppter oneris ſubleuationē per
gratiā ſacramentoꝝ noue legis in quib'
ꝯfert maior gratia q̄ in lege veteri. quia
habent efficaciaꝫ a virtute paſſionis chri
exhibite. Habemus etiam doctrinaꝫ
veritatis magis explicitaꝫ ⁊ exempla ſan-
ctorum plura ⁊ efficaciora ad imitanduꝫ
⁊ pro nobis intercedendū. In lege eti-
am veteri raro explicite pmittebantur ni-
ſi temporalia: nunc vero promittitur ob-
ſeruatorib' euangelij vita eterna. Multi
etiam actus dilectionis dei magis expli-
cantur chriānis q̄ iudeis. Nec mirum q̄
illa dicitur eſſe lex timoris: hec amoris.
Amor autem facit omnia onera leuia: vt
verificet qd̄ dicit ſaluator. Jugum enim
meū ſuaue eſt: ⁊ onus meuꝫ leue. Cui ſit
laus ⁊ gloria p infinita ſecula ſeculorum.
Amen.

Explicit tertius liber ſententiaꝝ
Magiſtri. Nicolai dorbelli.

Sequit̃ ordo queſtionū ꝛ dubiorum huius tertij libri ſententiarū.

Circa diſtinctio

nem primā queritur.

Utrū poſſibile fuerit naturā humanam vniri verbo in vnitate ſuppoſiti.

Quo tempore fuerit magis congruum dei filiū incarnari.

An perſona filij fuerit magis idonea ad incarnandum.

Circa diſtinctionē ſecundā.

Utrū incarnationē precelſerit corporis organizatio ꝛ animatio.

Circa diſtinctionē tertiam.

Utrū b. Maria ꝟgo fuerit ꝯcepta ĩ pec cato originali.

Circa diſtinctionē quartā.

Utrū Maria virgo fuit vera mater dei hominis.

Circa diſtinctionē quintā.

Utrum perſona humana fuerit a verbo aſſumpta.

Circa diſtinctionē ſextam.

Utrū chriſtus ſit aliqua duo.

Circa diſtinctionē ſeptimā.

Utrū deus ſit factus homo.

Utrū predeſtinatio qua chr̄s p̄deſtina⸗ tus eſt eſſe filius dei neceſſario p̄ſup⸗ ponat lapſum humane nature.

Circa diſtinctionē octauā.

Utrū in chr̄o ſint due filiationes.

Utrū filiatio realis ad matrē que funda tur ſup naturā actualr̄ exiſtentem acce ptam per generationem ſit eadem rea liť fundamento.

Circa diſtictionē nonam.

Utrū chr̄o debeať latria ſolūmodo ſm naturā diuinam. ꝛ que reuerentia de⸗ beatur virgini glorioſe.

Utrū latrie cultus ſit chr̄i imagini exhi⸗ bendus ſine peccato.

Utrū latria exhibēda ſit cruci chr̄i.

Utrū cultꝰ latrie poſſit chr̄i aduerſario (exhiberi.

Circa diſticnonē. x.

Utrū filiatio adoptiōis ſit in chr̄o.

Circa diſtinctionē. xj.

Utrū chriſtus ſit creatura.

Circa diſtinctionē. xij.

Utrū chriſtus potuit peccare.

Circa diſtinctionē. xiij.

Utrū chr̄o potuit ꝯferri ſūma grā q̄ pot tuit conferri creature

An chr̄i aīe ſit collata ſūma grā poſſibiľ ꝯferri creature.

Circa diſtinctionē. xiiij.

Utrū aīa chr̄i videat in ꝟbo oīa q̄ videt (verbū.

Circa diſtinctionē. xv.

Utꝝ chr̄s paſſus fuerit ſm appetitū itel lectiuū. aut ſolū ſm appetitū ſenſitiuū.

Circa diſtinctionē. xvj.

Utꝝ chr̄s habuit neceſſitatē moriendi.

Quo itelligiť Qđ ſemel aſſumpſit nūq̄ (dimiſit.

Circa diſtictionē. xvij.

Utrū in chr̄o fuerint due volūtates.

An volūtas naturalis ꝛ libera ſint due potentie.

Utꝝ illa orō q̄ chr̄s orauit ĩ ſua paſſionē vt calix trāſferreť a ſe: fuerit a rōne aut a voluntate.

Circa diſtinctionē. xviij.

Utꝝ chr̄s meruerit ſibi impaſſibilitatē anime ꝛ corporis.

Utrū chr̄s meruit in primo inſtanti.

Circa diſtinctionē. xix.

Utrū chriſtus meruerit omnib' nobis gratiam ꝛ gloriam.

Circa diſtinctionē. xx.

Utrū neceſſe fuerit genus humanū re⸗ parari p chr̄i paſſionem.

Circa diſtinctionē. xxj.

Utrū corpus chr̄i fuiſſet putrefactum ſi reſurrectio nō fuiſſet accelerata.

Circa diſtinctionē. xxij.

Utrum chr̄s fuerit hō in triduo.

Utrū chr̄i anima ad inferos deſcēderit.

Utrū ſtatim chr̄s introduxerit in celos animas quas de inferno liberauit.

Que fuerit hora reſurrectionis ieſu.

Circa diſtinctionē. xxiij.

Utruꝫ de credibilibus nobis reuelatis neceſſe ſit ponere fidē infuſam.

Circa diſtinctionē. xxiiij.

Utrū fides ſit de his de quibus habeť viſio ſenſibilis.

Circa diſtinctionē. xxv.

Utrū ante chriſti aduentum fuerit fides neceſſaria eoꝝ que nos mō credimus.

Utrum omnes poſt aduentum teneant credere explicite oẽs articulos.

Utrum fidei confeſſio ad ſalutem ſit neceſſaria.

Circa diſtinctionẽ. xxvj. q̃rit

Utrũ ſpes ſit virtus theologica diſtincta.

Circa diſtinctionẽ. xxvij. q̃rit

An ſit aliqua virtus theologica inclinãs ad diligẽdũ deum ſup omnia. Et an illud Matthei. xxij. Diliges dñm deum tuũ ex toto corde ⁊c. poſſit impleri in vita preſenti.

Circa diſtinctionẽ. xxviij.

Utrum eodem habitu eſt diligẽdus deus quo proximus.

Circa diſtinctionẽ. xxix.

Utrum quilibet teneat magis ſe diligere poſt deum.

Circa diſtinctionem. xxx.

Querit de dilectione inimicoꝝ.

Circa diſtinctionem. xxxj.

Utrum charitas remaneat in patria ita q̃ non euacuet.

Circa diſtinctionem. xxxij

Utrũ deus diligat omnia equaliter.

Utrũ deus magis dilexerit chr̄m q̃ genus humanũ totum.

Circa diſtinctionem. xxxiij.

Utrũ virtutes morales ſint in volũtate.

Utrum ſint tm̄ quattuor virtutes cardinales: et de q̃libet tractat ibidem.

Circa diſtinctionem. xxxiiij.

Utrum virtutes: dona: fructus: et beatitudines ſint idem habitus inter ſe.

Circa diſtinctionem. xxxv.

An ſapientia: ſcientia: intellectus: ⁊ cõſilium ſint habitus intellectuales.

Circa diſtinctionem. xxxvj.

Utrum virtutes ſint connexe.

Circa diſtinctionẽ. xxxvij.

Agit de p̃ceptis decalogi. et optime tractat de ſingulis cum multis dubijs circa quodlibet preceptorũ mouens et reſolutis: que omnia h̃ annotare breuitatis cauſa omitto: cũ ad oculum pateãt requirenti in ſcripto.

Circa diſtinctionẽ. xxxviij

Octauum proſequendo p̃ceptum agit de multiplici mendacio: ſimulatiõe ⁊ hypocriſi.

Circa diſtinctionẽ. xxxix.

Declarat q̃ optime diuerſimode periuriũ cõmitti. Condiciones quoq̧ aſſignat boni ⁊ iuſti iuramenti: dans et formã iurãdi. Inde varias atq̧ multiplices circa hanc materiam mouet q̃ſtiunculas omni librum ibidẽ inſpicienti patentiſſimas: q̃s ob hoc h̃ inſerere credidi ſuperuacuas.

Circa diſtinctionem. xl.

Agit de nono ⁊ decimo preceptis. Aſſignans nihilo minus difficultatẽ veteris reſpectu noue legis in q̃ iugum dñi ſuaue eſt ⁊ onus eius leue.

Explicit ordo q̃ſtionum et explanatio breuis materiaꝝ in hoc tertio p Mgr̃m Nico. Dor. tractatarum.

Circa quartum ſententi

arum. Querit̃ vtrũ diffinitio ſacramẽti quã ponit magiſter ſcʒ ꝙ ſacramentũ eſt inuiſibilis gratie viſibilis forma ſit bene aſſignata: Et non. Diffinitio non eſt niſi eius qđ eſt per ſe vnum. vij. metaꝑ h. ſed ſacramentũ nõ eſt per ſe vnum. q2 ſm Auguſtinũ accedit verbum ad elementũ ⁊ fit ſacramentum. verbũ autem ⁊ elementũ non faciunt aliquid per ſe vnũ cum vnum ſit ꝑmanens ⁊ aliud ſucceſſiuũ. igitur Preterea. Unius rei non eſt niſi vna diffinitio. ſed ſacramenti aſſignantur multe diffinitiones alie vt patet in littera. Unde ſm Aug. Sacramentũ eſt ſacre rei ſignum. igitur. Oppoſitũ magiſter in littera. ⁊ de ꝯſecra. diſt. ij. Sacrificiũ. Pro reſponſione ſciendũ ꝙ triplex eſt ſignũ ſcʒ rememoratiuũ qđ eſt preteriti: ſicut oblatio que fit in miſſa ſignificat oblationem factam in cruce. Et demonſtratiuũ qđ eſt preſentis: ⁊ prenoſticũ qđ eſt futuri. Inſuper ſciendum ꝙ ſacramentũ ſm Aug. eſt ſignum. Signum autem dicit̃ relationẽ ſigni ad ſignatum. Iſta autem relatio quã importat ſacramentũ non eſt realis cum non conſequat̃ fundamentũ ex natura rei. quia ⁊ſi in re ſit aptitudo ad ſignificandũ tamen actualis ſignificatio nõ competit ſibi niſi per actum imponẽtis ſiue inſtituentis. Sacramentũ igitur cum ſit relatio rationis: non poteſt diffiniri diffinitione proprie dicta. que eſt oratio indicans quid eſt eſſe rei. j. Topicoꝝ. ſed bene poteſt diffiniri diffinitione exprimente vnum ꝯceptum per ſe in intellectu ex genere ⁊ differentia eo modo quo poſſunt poni in entibus rationis. quomõ diffiniunt̃ intentiones logice que non ſignificant quiditates extra animã. ⁊ ſic diffinit ſcotus ſacramentũ dicẽs ꝙ eſt ſignũ ſenſibile effectum dei gratuitũ ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificãs. Ubi ponit̃ ſignũ tanq̃ genus: ⁊ ponitur ex inſtitutiõe diuina ⁊ efficaciter: tanq̃ differentie. Et ponũtur ibi duo vt addita que ꝑonũtur vniuerſaliꝰ in diffinitionibꝰ relationũ vel relatiuoꝝ ſcʒ ſubiectũ ſeu fundamentũ cum dicit̃ ſenſibile. ⁊ correlatiuuʒ ſeu terminus qđ notatur per hoc ꝙ dicitur effectũ dei gratuitũ. Et

	efficiens		diuina inſtitutio
Sacramẽtoꝝ cauſa	formalis	eſt	gratuita ſanctificatio.
	materialis		ſenſibilis repſentatio.
	finalis		medicinalis curatio

	mortẽ chriſti		rememoratiuũ
Quolibʒ ſacr̃m tria ſignificat	effectũ ſcrifica.	Et ſic eſt ſignũ	demonſtratiuũ.
	eternam gloriam		prenoſticum

hoc ſiue ſit gratia inherens anime ſiue aliud. vt in eucharistia vbi res ſacramenti nõ eſt aliqua gratia inherens anime. Eſt autem ſacramentũ ſignũ efficax ⁊ certuʒ. quia ad poſitioneʒ ſigni ſequit̃ effectus ſignatus ex determinatione dei. qui diſpoſuit cooperari ſigno ad cauſandũ effectũ ſignatũ: niſi impediat indiſpoſitio eius cui adhibetur. Eſt etiã ſignũ ꝓnoſticũ cum precedat ſignatũ ordine nature. Ex his ptʒ ſolutio queſtionis. Diffinitio eñ quã ponit magiſter bene intellecta ⁊ ſuppleta: eſt eadem cum predicta. qđ eñ ponit̃ forma: debet intelligi pro ſigno eo modo quo imago herculꝰ dr̃ forma herculꝰ. ꝙ etiã addit̃ ibi viſibile: dʒ itelligi ꝓ ſẽſibili. Uiſus ei põt ſumi ꝓ q̃libʒ ſenſu eo ꝙ eſt excellẽtior ⁊ plurimũ differentiaꝝ cognoſcitiuꝰ. j metaph. Ponit̃ aũt ibi gr̃a inuiſibilis ꝓ effectu dei gratuito: ordinato ad ſalutẽ hoĩs viatoris. Suppleri aũt debẽt differẽtie ſpecificãtes ſignũ: puta ex inſtitutiõe ad differẽtiã ſigni naturaliter ſignificãtis. ⁊ efficaciter ad differentiã ſigni falſi ⁊ incerti. ⁊ etiam ad differentiã ſigni ſequẽtis ſignatũ cuiꝰ poſitio nullã habet efficaciã reſpectu ſignati: ſʒ ecõuerſo, vt miſſa hʒ efficaciã a paſſiõe chr̃i. Fuit aũt ꝯgruũ poſt lapſũ hoĩs ſacra m

q.j.§.j. Diffinitio ſacri

Diffinitio ſacri ſm auguſtinũ

Diffinitio ſacri ſm ſco.

ſtitui. Congruū eñ eſt effectū inuiſibilē cauſandū a deo ordinantē hoīem ad ſalutē:
ſignari ꝑ aliqđ ſenſibile. vt hō viator q̄ addiſcit cognitionē ex ſenſibꝫ effectū iſtū inuiſi
bilē certius cognoſcat: ac cognitū ardētius querat. Cógruū etiā eſt hoībꝫ vnius ſec
te in aliqbꝫ ſignis exterioribꝫ ꝯuenire: ꝑ que ab alijs hoībꝫ alteri⁹ ſecte diſtinguant̄
vt ſe mutuo ſtiuēt ad ipſius obſeruantiā. ⁊ alios q̄ ſunt diſſimilis ſecte vitent tanq̄
ſe impedientes. Ad primū argumentū dico ꝙ licꝫ fundamentū huius relationis
§. ij. includat plura ex quibꝫ nō fit ꝑ ſe vnū ſicut ꝓbat̄ de ſucceſſiuo ⁊ ꝑmanēte. tñ nō ſeq̄t̄
q̄n ſacramētū q̄ſtū ad ſuā rōnē formalē ſit ꝑ ſe vnū. Ad ſcđm dico ꝙ vnius rei nō
§. iij. pōt eſſe niſi vna diffinitio q̄dditatiua ⁊ ꝓprie dicta. bene tñ pñt eſſe plures diffinitio-
nes q̄d nois ꝑ quas exprimit̄: q̄d ꝑ nomen importat̄: q: qđ vna nō exꝑmit: alia exꝑi
mit vt ſic ex oībꝫ colligēdo qđ ſparſim inuenit̄ in ſingulis poſſit haberi diffinitio vna
completa qualis illa ſuprapoſita.

Inſtituta ſunt ſacramēta ſm Rich. quinq̄ de cauſis ſcꝫ ꝓpter:
- Hominis eruditionē.
- Hominis exercitationem
- Hominis humiliationē
- Sapie medici maīfeſtatiōeꝫ
- Hominis egri curationē

Utrū in ſacramētis ſit aliqua cauſalitas acti

q̄ſtio. ij. §. j. Utrum in ſacramētis ſit aliqua cauſalitas actiua reſpectu grē. Q: ſic. Aug. ſuꝑ Joh. Que eſt iſta virtus aque vt corp⁹
tāgat ⁊ cor abluat: loquit̄ de aqua baptiſmali. Itē magr̄ in lr̄a dicit ꝙ ſa
cramentū eſt ſignū grē: ita vt ſimilitudinē eius gerat ⁊ cauſa exiſtat. Et ꝑ h̄ aſſignat
differentiā ſacrop̄ noue ⁊ veteris legis q: illa veteris legis tm̄ erāt ſigna: iſta autēꝫ
noue legis ſic ſunt ſigna ꝙ etiā ſunt cauſe. Itē petit eccl̄ia in quadā orōne. Perficiāt
in nobis dñe tua ſacra qđ ꝯtinēt. In q̄ innuit̄ ſacra ꝯtinere grām. nō aūt ꝯtinēt eaꝫ
formalr̄: igit̄ virtualr̄ ⁊ cauſalr̄. Cōtra. Aug⁹. lxxxiij. q. q. v. Deus ꝑ ſeipm efficit
Rñſio. grām aīas illuminādo. Hic dicit ſcō. ꝙ in ſacramētis nō eſt aliq̄ cauſalitas actiua
ꝓprie dicta reſpectu grē: q: illa a deo imediate creatur. nec reſpectu alicui⁹ diſpoſitio
nis ꝑuie puta characteris: q: etiā illa creat̄. Vñ Bern. i ſ. de cena dñi. Sic inueſtit̄
canonicus ꝑ librū: abbas ꝑ baculū: eps ꝑ anulū. ſic diuiſiōes grap̄ diuerſis ſūt ſacra
ꝓpria ſed iudicis ſatiſfaciat. Viceſim⁹ §.xlij.
ſi ſi rector vel dñs tēꝑalis nō fecit obſerua
ri ea que ſtatuunt̃ ↄtra inſecutores cardi
nalium ſeu alicuius de familia eoꝝ vel
pape. li.vj. de penis. Felicꝭ. Viceſimuſ- §.xliij.
primus quicūꝙ dant licentiā capiēdi oc
cidendi ſeu alias in perſonis vel bonis
ſuis vel ſuorum grauandi eos qui con-
tra Reges Barones Nobiles vel quoſ
cūꝙ alios ꝓtulerint excōicationis ſuſpē-
ſionis vel interdicti ſententias ſiue illos
quoꝝ ſunt occaſione prolate. vel eos qui
eas obſeruant ſeu qui taliter excōicatis
cōicare nolūt niſi licentiā ipam. re integra
id eſt iniuria nō illata reuocent. vel ſi ad
bonoꝝ captionē occaſione ipius licentie
ſit ꝓceſſum: niſi ipſa bona fuerint infra
octo dierū ſpaciū reſtituta. Similiter ⁊ ꝗ
dicta licentia vſi fuerint vel etiā motu ꝓ-
prio ſine licentia fecerint hec: excōicatio-
nem incurrūt in qua ſi permanſerint per
duos menſes non niſi a papa abſoluētur
vj. de ſnīa excōicatiōis. Quicūꝙ. Vi
ceſimuſſecūdus. qn̄ aliquis ab excōicati- §.xliiij.
one iuris vel iudicis abſolut⁹ fuit i mor-
tis articulo vel alio impedimēto ſi ceſſan
te articulo vel impedimēto: nō repſentet
ſe ꝗꝫcitius cōmode poterit ei a quo abſol
ui debeat mandatū illius ſuꝑ hoc ſuſce-
pturus. ⁊ ꝓut iuſticia ſuadebit ſatiſfactu
rus reincidit i eādē ſententiā. extra e. Eos.
Viceſimuſtertius. qn̄ aliqui abſoluū- §.xlv.
tur a ſede ap̄lica vel a legatis. ⁊ iniungi
tur eis ꝙ ſe p̄ſentent ordinarijs vel alijs
ſuſcepturi penitentiā. ⁊ paſſis iniuriā ſeu
eis quibus obligati ſūt ſatiſfaciāt. ſi hoc
nō faciūt cum primo cōmode poterunt:
reincidūt in eandē ſententiā. vt i dicto ca.
Eos. Item ſūt alij caſus excōicatiōis
in clemētinis de quib⁹ quinꝙ ſūt papa-
les vt dictuꝫ eſt prius: alij vero ſunt iſti.
Primus de his qui in cimiterijs ſepe- §.xlvj.
liunt corpa tēpe interdicti in caſib⁹ nō con
ceſſis a iure. vel ꝗ excōicatos publice aut
noiatim interdictos vel vſurarios mani-
feſtos ſcienter ſepeliūt. a qua excōicatiōe
nō debēt abſolui niſi pri⁹ ad arbitriū dio-

oceſani ſatiſfecerit eis quib⁊ ꝑ pmiſſa fuerit iniuria irrogata.vij.de ſepul.ca.j. De interdicto videbit in fine huius diſtin. De ſepulturis autẽ vſurarioꝝ nota ea q̃ dicta ſunt.xv.diſt.in fine materie de vſu/
§.xlvij. ris. Secũdus eſt de religioſis qui decimas eccleſijs debitas ad ipos ex aliqua cã legitima nõ ſpectãtes: appropriãt ſibi vel vſurpant vel dari a ſuis nõ ꝑmittũt vel ꝓhibent:niſi poſtq̃ requiſiti fuerint deſtiterint infra menſem: ⁊ ſatiſfecerint īfra duos menſes dãnificatis eccleſijs. Tales em̃ ſunt ſuſpenſi ab adminiſtratiõib⁊ ⁊ bñficijs ſuis.qui vero beneficia nõ habent ipo facto ſententiã excõicatiõis icur
§.xlviij rũt.vij.de decimis. Religioſi. Tertius de monachis nigris vel regularib⁊ canonicis qui nõ habẽt adminiſtrationẽ ⁊ cõferunt ſe ad curias principũ ſine licentia prelatoꝝ ſuoꝝ vt damnũ aliqđ inferant
§.xlix. platis ſuis vel monaſterio. Quartus de predictis monachis qui infra ſepta monaſterij ſine licẽtia arma tenẽt.hi duo caſus habent.vij.de ſtatu monachoꝝ.
§.l. Item in agro. Quintus de his qui impedirent viſitatores monialiũ vel canonicarũ.niſi moniti deſtiterint. de ſtatu mo
§.lj. nacho. Attẽdentes. Sextus de qͣbuſdam mulieribus que beguine dicebant nullam regulam profitentib⁊.⁊ errores multos contra fidem introducẽtib⁊.⁊ de religioſis ipas fouẽtib⁊.de religioſis do
§.lij. mibus.Cũ de quibuſdã. Septimus de illis qui ſcienter contrahunt matrimonia in gradib⁊ conſanguineitatis vel affinitatis prohibitis:vel cũ monialib⁊.⁊ de clericis in ſacris conſtitutis ſeu religioſis ac monialib⁊ contrahẽtib⁊.vij. de ꝯſanguineitate ⁊ affinitate.Eos. Per hoc aũt ꝙ dicitur ſcienter non ligantur ignorãtes ignorantia facti.qui ſcꝫ ignorabãt ſe eſſe ꝯſanguineos vel affines. Ignorãtes tñ ius hoc ꝓhibens ligantur.vj.de re. Iuris. Ignorantia facti non iuris excuſat. Sed quid ſi contraxerit ignorãs:⁊ poſtea ſciuit ⁊ cohabitauit. dicit Johannes Andree ꝙ licet talis peccet cognoſcendo eam carnaliter: non tñ ligatur: quia iſta conſtitutio nõ punit cohabitationẽ ſed contractũ.hoc patꝫ ex eo ꝙ ſine iudicio ec

deſie non poſſet ab ea diuertere. extra de diuortio. Porro. Octauus de inquiſi/ §.liij.
toribus hereticoꝝ ⁊ cõmiſſarijs ipoꝝ ſeu epiſcopoꝝ ſup hoc deputatis: qui pretextu officij inquiſitiõis quibuſuis modis illicitis pecunias extorquẽt vel ſciẽter bona eccleſiaꝝ ob delictum clericoꝝ fiſco ⁊ eccle applicãt:nec poſſunt abſolui niſi in mortis articulo donec illis a quib⁊ extorſerunt plene ſatiſfecerint de pecunia.nullis priuilegijs pactis aut remiſſionib⁊ ſuper hoc valituris. vt de heret. Nolentes Dicit aũt fiſcus ſm Aſtexanũ ſaccus regius in quẽ inducunt bona damnatoꝝ ⁊ ꝓſcriptoꝝ. ⁊ ꝯfiſcari ẽ in fiſcũ iduci. vñ dr bonoꝝ oim facta ꝯfiſcatio. Intelligũt aũt predicta.vt dicit Johes and.ſi habeant vnde ſatiſfaciant excuſat em̃ paupert/ §.liiij.
tas.extra de vſuris.Cũ tu. Nonus excõicati ſunt poteſtates capitanei rectores ⁊ ꝯſules iudices ⁊ ꝯſiliarij ac alij officiales qui ſtatuta faciũt dictant vel ſcribunt per que quis compellatur ſoluere vſuras vel ſolutas non repetere. vel quicũq̃ ſupradictorum ſtatuta hmõi hactenus edita de libris cõtratũ ſi ſup h ꝑtãte habuerint:infra tres mẽſes nõ deleuerint.ſeu q̃ hmõi ſtatuta aut ꝯſuetudies affectũ coꝝ hñtes q̃cũq̃ mõ pſũpſerint obſeruare vel ſm ea iudicare de vſuris ex graui.li.
vij. Decimus excõmunicati ſunt tranſ §.lv.
greſſores conſtitutionis que religioſis mẽdicantib⁊ domos ad habitandũ vel loca quecq̃ de nouo recipere:recepta nũc vſq̃ mutare vel ea trãſferre in alios cuiuſuis alienatõis titulo iterdicit.vij.de pen. Cupien.habet aũt preð.ꝯſtitutio de exceſſib⁊ platoꝝ.Cũ ex eo.lib.vj.vbi papa inhibet pdicta fieri abſq̃ ſedis aplice licẽtia ſpeciali.oppoſitũ ſi fiat irritũ decernẽdo Per hoc tñ nõ intẽdit iterdictũ eis qui vitã duxerint heremiticã ſiue ſolitariã el'gendã de maioꝝ ſuoꝝ licẽtia ↄ̃n cellas manſiones ſeu habitacula in heremis ſeu locis vbi non ſit hominũ habitatio de ꝓpinquo poſſint addrere ac mutare vt dicit ibidẽ. Et notandũ ſm Tho. in ſcda ſcde ꝙ vita ſocialis ſeu congregationis religiõis neceſſaria eſt ad exercitiũ ꝑfectiõis in q̃ religioſi mutuo ſe inſtruũt

verbo ⁊ exemplo ⁊ correctiōe que ad pfe
ctionē pducunt. q̄propter ſi abſq̧ predi-
cto exercitio aſſumat: vita ſolitaria eſt pi-
culoſiſſima: niſi p diuinā grām ſuppleat.
Undecim⁹ de religioſis qui in pdica-
§.lvj. tione vel alibi dicunt aliq̄ verba vt a ſo-
lutione decimaꝝ eccleſijs debitaꝝ retra-
hant audientes. vt in dicto ca. Cupien̄.
Duodecimus eſt ꝙ religioſi q̄ ſcienter
§.lvij poſtpoſuerint cōfitentibꝫ ſibi cōſcientiā
facere de hmōi decimis ſoluēdis cū ſup
hoc fuerint a rectoribꝫ req̄ſiti: vt declara-
uit Eugeni⁹ q̄rtus: ſunt ſuſpenſi a pdi-
catiōis officio: donec ſi cōmode potuerint
faciant eis cōſcientiā: ſi hoc ipm eis dicen
di cōmode facultatē habuerint. et exinde
id eſt poſtq̧ omiſerit hoc facere: excōica-
tionē incurrūt ipſo facto ſi pdicare pſum
pſerint: pdicta negligentia vt pmittit nō
purgata. vt in dicto c. Cupien̄. Precipit
quoq̧ ibidem idem papa diſtricte oībꝫ
religioſis: ꝙ q̄tien̄cūq̧ pdicabūt in pma
quarta ⁊ vltima dñica q̄dragesime: et in
feſtiꝪ aſcenſionis dñice: pentecoſtes: nati-
uitatiꝪ beati Johis baptiſte: aſſūptiōis
et natiuitatiꝪ btē Marie: audiētes info-
ment de ſolutione decimaꝝ ſi a rectoribꝫ
fuerint req̄ſiti. ſcienterq̧ hoc facere omit-
tentes: p ſuos ſupiores grauiter arguan
tur: q̄bus etiam ſupioribꝫ in vtute ſancte
obedientie pcipit vt cōtra talit omittē-
tes: ſtatuta penalia faciant ſm q̄ ſic acri-
ter puniant trāſgreſſores ꝙ pena eorum
§.lviij ſit ceteriꝪ in exemplū. Terciuſdecimus
de religioſis q̄buſcūq̧ q̄ nō ſeruāt inter-
dictum qđ ſeruāt eccleſiam cathedralē vel
matricē obſeruare. ⁊ hoc ſiue ſit poſitum
autoritate aplica vel ordinarioꝝ: vel ſta-
tutoꝝ puincialiū. ſeu qđ ſibi vindicāt cō
uentus ſiue collegia ſecularū vel regula-
rium ecclīaꝝ. vij. e. Ex freq̄ntibꝫ. Et hoc
non obſtantibꝫ appellationibꝫ q̄buſcūq̧.
Licꝫ eñ interdictū eſſet nullum ꝑpter ap
pellationē pcedentē: eſt tñ a religioſis ob
ſeruādū ſi illud obſeruet eccl̄ia matrix: cū
moderatione tñ illius decretalis Alma
mater. Dicit autē eccleſia matrix: eccleſia
maior ſeu baptiſmalis: que p baptiſmū
filios ſpūaliter generat. Exprimitur q̄ꝫ
eccleſia matrix. quia quādoq̧ interdicun

tur loca non habentia inter ſe ecclīam ca
thedralē: habentia tñ matricē. Quar- §.lix
tuſdecimus de fratribꝫ minoribꝫ q̄ tēpo-
re interdicti recipiunt ad diuina fratres vl
ſorores de tercio ordine. de ſen. excō. Cū
ex eo. Et notādū ꝙ pirate ter in anno ab
ore ſūmi pōtificiꝪ excōicant: vt Hoſtien̄.
refert. Ponunt q̄dam aliq casus in q̄bus
non eſt lata ſnīa ſed ferenda. ſ. de ſagitta-
rijs: artem. ſ. illam cōtra chriſtianos exercē
tibus: ſupple in bello iniuſto. vt ponit in
directorio iuriꝪ. De imponentibꝫ noua §.lx.
telonea vel pedagia pegrinis ⁊ mercato-
ribꝫ ſine autoritate pncipū: ac pegrinos
ſpoliantibꝫ vel capientibꝫ: ſortilegijs q̄q̧
et diuinationibꝫ intendētibꝫ. Ponit etiā
a Ber. de capientibꝫ vel ſpoliatibꝫ naui-
gātes: aut naufragiū paſſos. extra de rap
toribꝫ. Excōicationi. Sed Innoc. dt ꝙ
eſt canon ſnie ferēde. Tales tñ ſm Aſte-
xa. li. j. circa initiū ſeptimi pcepti: morta-
liter peccāt: nec eos excuſat cōſuetudo: cū
ſit ꝯ illō pceptū Diliges pximū ⁊c. Po-
nunt etiā q̄dā caſus a Rich. q̄ nunc nul-
lius ſunt vigoris. qꝛ p proemium Sexti
caſſant decretales pcedentes in corpe iu-
ris nō cōtēte. Nō erat aūt ſextus tpe Ri-
chardi editus. Unī omittit q̄ſdam caſus
Bonifacij: vt de inſecutoribꝫ cardinaliū
et electionibꝫ monialiū. lꝫ ab ipō q̄dā de-
cretales allegent que in ſexto inſerunt.
Uiꝫ violās immunitatē eccl̄ie ſit excōi- §.lxj.
catus ipō iure: puta extrahens violenter
ab eccl̄ia aut cimiterio: ſine tñ eccl̄ie fra-
ctiōe. Rñō ꝙ nō. ſed poſt monitionē ſuf-
ficientē ſi emēdare cōtēpſerit: eſt excōican
dus. xvij. q. iiij. Null⁹. Et h̄ niſi ille q̄ ad
eccleſiam cōfugerat ſit public⁹ latro: q̄. ſ.
publicas ſtratas ſeu vias aggreſſiōis iſi
dijs obſidet: ſeu q̄ in ſtratis publiciꝪ inſi-
diat ⁊ aggredit. vel nocturn⁹ depopula-
tor agroꝝ: q̄. ſ. de nocte agros vl vineas
incēdit vel deſtruit. Tales eñ ab eccl̄ia
extrahi poſſunt. extra de imunitate eccl.
Inter alia. Si etiā ſeruus fuerit q̄ ad ec-
cleſiā cōfugerit: poſtq̧ dñs ei⁹ de ipunit-
tate ſua detias iuramētū pſtiterit: ad ſer
uitiū dñi ſui redire cōpellit etiaꝫ inuitus.
alioq̄n a dño poſſit occupari: vt dꝛ ibidē:
niſi ex aliq̄bꝫ circūſtātijs veriſimiliter p-

fumat q᷑ dn̄s nō ſeruet iuramētū: in quo
caſu erit etiam alia pena exigenda. Illos
autē qui homicidia ⁊ mutilationes mē-
broꝝ in eccleſijs vel eaꝝ cimiterijs cōmit
tere nō verent᷑. q̄ niſi per eccleſiā ad quā
ꝯfugiūt crederent ſe defendi nullatenus
fuerant cōmiſſuri: nō defendit eccl'ia. ex-
tra e. Immunitatē. Et idem eſt iudiciuȝ
de cōmittentibꝫ ibi furtū vel aliud crimē
ſm̄ Hoſtieñ. ⁊ Berñ. licȝ Gof. aliter di-
cat. Fruſt᷑ a auxiliū legis inuocat qui cō-
mittit in legem. vt dicit᷑ in dicto ca. Ha-
bet aūt cimiteriū eandē imunitatē cū ec-
cleſia vt dicit Hoſtieñ. Sed vtrū defen
dat excōicatū excōicatione maiori: dubiū
eſt apud aliquos. magis tn̄ videt᷑ dicen-
dum q᷑ ſic de iure. Conſuetudo tn̄ regio-
nis approbata quo ad hoc debet obſer-
uari ſm̄ Rich. Nec tantū defendit con-
fugientē ad ſe eccl'ia conſecrata: ſed etiaȝ
nō ꝯſecrata in qua diuina myſteria cele-
brantur. vt d᷑ extra de imunitate eccl'ie.
Nec hoc priuilegiū amittit eccl'ia inter-
dicta ſꝫ Hoſt eñ. Si etiā ꝯfugiēs ad ec
cleſiam obuiet ſacerdoti portanti corpus
chriſti ⁊ ſibi adhereat. defendi debet ab
eccleſia: q̄uis in iure nō ſit expreſſum vt
idem dicit. quia creatori atū dn̄o magis
q̄ꝫ creature debet deferri. Cui congruit il
lud: ſi tetigero fimbriā veſtimēti eius ſal
ua ero. Predictā aūt libertatē habet con
fugiens ad eccl'iaȝ etiā extra eā īfra trigin
ta paſſus. xvij. q. iiij. Qui'q̄s ⁊ c. Diffini
uit: vt ad requiſita nature debitis exeat
locꝫ. Ita tn̄ q᷑ ſi accedat ad alias domos
Hoc priuilegiū de triginta paſſibus nō
habent capelle que ſunt infra ambitum
muroꝝ caſtelloꝝ ſituate: vt ibi xvij. q.
iiij. dicit᷑. Eodem etiā modo defendit᷑ cō
fugiens ad domū ep̄i. Id cōſtituimus.
Non debet autē vt dicit Raym̄. eccleſia
incaſtellari vl᷑ muniri vt inde fiat guerra
ſed ꝓpter metū paganoꝝ vel predonū. et
poſſunt ibi habere refugiū non ſolum cle
rici ſed etiam laici: ⁊ defendere eccleſiam
⁊ ea que in ea ſūt. ar. extra de cuſtodia eu-
chariſtie. Relinqui. vbi. Innocētius ter-
tius inhibet ne ſupellectilia in eccleſia ad
mittant᷑ niſi ꝓpter hoſtiles incurſus aut
incendia repentina ſeu alias neceſſitates

vrgentes: ad eas oporteat haberi refu-
gium. ſic tn̄ vt neceſſitate ceſſante res ſ lo
ca priſtina reportent᷑. Precipit quoqꝫ vt
oratoria: vaſa: corporalia: ⁊ veſtimēta mini
ſtroꝝ palleqꝫ altaris munda ⁊ nitida cō-
ſeruent᷑. Nimis eñ videtur abſurdum in
ſacris ſordes negligere: que dedecerēt etiā
in ꝓphanis. Non debēt etiā in eccl'ia aut
cimiterio fieri ꝯuiuia: niſi forte tranſeun-
tes hoſpitioꝝ neceſſitate illic refitiantur.
nec ibi quicqꝫ aliud geraf᷑: q̄ꝫ qḋ diuinis
laudibꝫ ꝯueniat. diſt. xlij. circa finē. In ec
cleſia etiā nō debent fieri ludi ad laſciuiā
vl᷑ voluptatē inducētes. ex. de vita ⁊ ho-
neſtate. Cum decorē. Secus vero de ho
neſtis ⁊ deuotis repꝫſentationibꝫ. vt repꝫ-
ſentare pſepe dn̄i ⁊ magos ⁊ hmōi: que
potius inducūt ad deuotionē q̄ꝫ vanita-
tem. vt dicit ibi gloſa. Ceſſare etiam ibi
debent ꝯtentiones ⁊ publica placita. va
na. ⁊ multo fortius feda ⁊ ꝓphana collo-
quia. Nec debent ibi fieri negociationes
nec ſtrepitus iudicioꝝ ſecularium. Proceſ-
ſus eñ iudicū ſecularium ⁊ ſententie: in di
ctis locis ipo iure nō valent. extra. e. De-
cet domū. li. vj. Dicit᷑ autē emunitas et
imunitas ab e qḋ eſt extra vel ab in qḋ
eſt nō ⁊ munera: quaſi extra munera vel
ſine muneribus data libertas. Unde imu
nitas ⁊ libertas eccleſiaſtica ſepe ſumunt᷑
ꝓ eodem. Proprie tn̄ loquēdo ille dici
tur violator eccleſiaſtice imunitatis: qui vi
olat locū ſacrū hominē inde violēter abſ-
trahendo vel aliquē malicioſe verberan-
do: ſeu inde furto vel rapina res ſacras
vel non ſacras auferendo. Violator ve-
ro eccleſiaſtice libertatis dicit᷑ is q̄ cogit
viros eccl'iaſticos ſoluere ſalinaria: peda
gia vel alia ſubſidia. Dicunt᷑ auteȝ pe
dagia que dant᷑ a tranſeūtibꝫ in locis ſta
tutis a principe: que alio nomine dicunt᷑
vectigalia: ratione coruȝ que vehunt᷑ vel
portant᷑. Guidagia dicunt᷑ que dātur ꝓ-
pter ducatū per terram alicuius vt quis
eat ſecurius. Salinaria dicunt᷑ que dant᷑
pro ſale vt emat᷑ vel vendatur. An pri-
uata oratoria domoꝝ habeāt priuilegiū
imunitatis? Dicunt Hoſtieñ. ⁊ Goffr.
q᷑ non. Hodie nāqꝫ qḋ eſt oratoriū: cras
poterit eſſe camera. Et notandū q᷑ in ec-

Nota q̄ debēt fieri in eccleſia.

deſia nullus debet mortuus ſepeliri: niſi
epiſcopus aut abbates aut digni preſby
teri: vel fideles laici. Et intelligit̃ de fide
libus miracula facientibꝰ ſm quoſdã: vel
de fidelibꝰ in dignitate cõſtitutis. vel vt
dicit gloſa de quolibet chriano. i. nõ gen
tili vel pagano. de cõſe. diſt j. Eccleſiam.

q̃ſtio.v. De iniectione ma
nuũ in clericos ſunt aliqua cõ
ſiderãda. Et primo ſciendũ ꝙ
ſunt aliqui caſus in quibꝰ percutiẽs cleri
§.j. cum non eſt excõicatus. Primus qñ
ignorabat ꝙ eſſet clericus: puta q: comã
nutriebat. extra e. Si vero. Etſi hoc fue
rit dubiũ: ꝓpria manu debet pſtare iura
mentũ ꝙ eũ eſſe clericũ ignorabat. Qđ ſi
pſtare noluerit: tanq̃ excõicatꝰ debz vi
§.ij. tari: vt ibidẽ dicit̃. Quid ſi credas ꝑcu
tere petrũ laicũ ⁊ in ꝑſona errans ꝑcutis
martinũ vel petrũ clericũ? Dicunt quidã
ꝙ talis incidit in canonẽ. ⁊ hec opinio eſt
tutior ſm Hoſtien. Alij dicũt ꝙ nõ inci
dit. ⁊ huiꝰ opinionis eſt Innocẽtiꝰ. que
opinio videt̃ magis cõſonare illi capitlo.
Si vero. Concordat directoriũ iuris.
§.iij. Quid de caſu ecõuerſo: vt ſi credẽs ꝑ
cutere clericũ ꝑcutiat laicũ? Dicũt Ray.
⁊ Hoſtien. ꝙ talis non eſt excõicatus. q:
lr̃a canonis exigit actum cum dicit. Si
quis iniecerit manus violentas in clericũ
§.iiij Secũdus in clerico qui cõtempto ha
bitu clericali tyrãnidi ⁊ enormitatibus ſe
immiſcet: puta ſeditionẽ vel guerrã mouẽ
do: aut atrociter ⁊ publice delinquendo.
extra e. Cum non ab hoie. Tertius in
clerico cõiugato qui tonſuraz ⁊ veſtes cle
ricales non defert. vj. de clerico coniuga
to. Clerici. Clericis autẽ non cõiugatis:
ꝓpter ſolam dimiſſionẽ habitus clerica
lis nõ amittit priuilegiũ clericale: niſi qñ
tertio monitꝰ ſe nõ corrigit extra e. Con
tingit. ij. Non debent autẽ clerici portare
veſtes inciſas ⁊ ligatas nec varij coloris:
nec rubeas: nec virides nec nĩs lõgas nec
nimis breues nec de ſerico: ſed de lana.
De quo. xlj. diſt. §. Finali. xxj. q. iiij. ⁊ de
vita ⁊ honeſta. cle. Clerici officia. Et in
cle. e. Quoniam. vbi ponũtur variepunitiones
contra clericos virgata aut partita veſte

vtentes. Ex cauſa tñ peregrinationis ti
moris vel alia ſimili: licz clericis habituz
transformare. xxj. q. iiij. Epi. Quartus §.v.
caſus eſt in illis qui nõ in ira ſed ioco ſe ſe
ꝑcutiũt. extra e c. j. Si etiaz ſacerdos nõ
libidine vindicte puerũ clericũ importune
cũ eo ludentẽ cũ moderamine ꝑcuſſerit ꝓ
pter repellendã violentiã q: monitus ceſ
ſare nolebat: nõ incidit in canonẽ licz ira
tus hoc fecerit. ſm Rob. Nec etiam ſm
Rich. qñ aliquis nõ ex deliberatione ſed
tantũ ex ſurreptione ſociũ ſuũ leuiter im
pellit lz turbatus ſit. q: nullus excõicat̃ a
iure niſi ꝓpter pctm̃ mortale cũ iura pro
hibeant ꝙ nõ infligat̃ a iudice excõicatio
niſi ꝓpter mortale pctm̃. Quintus ca §.vj
ſus eſt in illo qui clericum vim ſibi infe
rentẽ in cõtinenti repellit vel ledit extra e.
Si vero alicuius. Et exponit̃ incõtinenti
id eſt anteq̃ diuertat ad actum cõtrariũ.
Et eſt contrarius actus quo ad hoc: per
quẽ merito videri poteſt ꝙ de violẽtia il
lata velit ad preſens diſſimulare. ⁊ hoc
licz nõ ſolũ ob tuitionem ſui ſed etiã per
ſonarũ illaꝝ per quas nobis intelligitur
fieri iniuria. vt vxor filius ⁊ ſerui vt inſti
tuta ð iniurijs. §. Pater. Et etiã ſm In
nocẽ. ob tuitionem extraneoꝝ: licz aliter
dicatur a quibuſdam. quia iniuria ſocij
propulſanda eſt. xxiij. q. iij. Fortitudo. et
ca. Non inferẽda. Predicta aũt ſunt vera
de violentia facta perſone. Si autem fi
at violẽtia rebus: licz illam pellere incon
tinenti vel ex interuallo poterit ⁊ ſciuerit: colle
ctis amicis ſuis. extra de reſtitutiõe ſpo
liatoꝝ. Olim. vt dicũt Alanus ⁊ Iohẽs
⁊ Bern. extra de homicidio. Significa
ſti. Scđo hoc notat vbi etiam exponit il
lud. Vim vi repellere licet. cũ moderami
ne inculpate tuteꝰe: dicẽs ꝙ ſeruat̃ equũ
moderamẽ qñ illud tm̃ fit ſine quo violẽ
tia repelli non poſſet. ſi tamen quis mo
dum excedat non ex ꝓpoſito: non tenetur
vt ibidem dicitur ⁊ extra e. Cum volun
tate. ⁊ debz hoc fieri cauſa defenſiõis: nõ
animo vlciſcendi. vt ibi dicitur. §. Si ve
ro. De h̃ vide. xxv. diſt. De bellis in pñci
pio. Sextus cum quis inuenit clericũ §.vij.
turpiter agentẽ cum vxore: matre: ſorore:
vel filia ꝓpria. extra. e. Si vero alicuius.

Eccl'ia eñi non vult talẽ ligari: ꝓpter dif/
ficultatẽ repreſſionis ire in tali caſu. Hoc
aũt intelligiẜ ſm Rob. nõ tñ de actu car
nis: ſed etiã de amplexib⁹ ꝛ ſignis ꝓba/
bilib⁹ act⁹ cõpleti vel cõplẽdi: i loco ſuſpe
cto factꝭ. Hoc etiã itelligiẜ ſi cleric⁹ talis
incõtinenti verbereẜ: qꝛ ſi verberareẜ poſt
ꝙ̃ de loco diſceſſit ꝛ ad alia diuertit ꝑbe/
rãs incideret i canonẽ. Ceterũ ſi i ſtupro vł
i adulterio qḋ cõmittit cũ ea q̃ ipſꝫ ita ꝓxi
ma ꝯſanguineitatis linea nõ ꝯtingat ce/
perit aut in eũ violẽtas manus iniecerit:
nõ erit a ſententia illius excõis imunis. vt
ibidẽ dicit. Non extendiẜ aũt hoc ad affi
nes: cũ tñ fiat ibi mẽtio de ꝯſanguineis.
Poteſt quoqꝫ ſic inueniẽs clericũ cũ vxo/
re detinere inuitũ donec vocet teſtes per
quos ꝓbare poſſit adulteriũ. vt ex textu al
legato pꝫ. Licꝫ aũt ſic mutilans vel occi
dens clericũ nõ videaẜ eſſe excõicatus: qꝛ
canon ibi nõ diſtinguit inter atrocẽ ꝛ nõ
atrocẽ iniuriã: tutius tñ eſt ſm Rob. vt
§.viij. faciat ſe ab excõicatiõe abſoluere. Quid
de illo qui ꝓcurat ꝙ cleric⁹ voceẜ ab vxo/
re ſua ad turpem actionẽ: ꝛ taliter vocatũ
verberat? Rñdet Rob. ꝙ tam vir ꝙ̃ mu
§.ix. lier incidũt in canonẽ: cũ ipſũ ad ꝑdicta ꝓ
uocauerint. Quid de muliere que ꝑcu
tit ſacerdotẽ impetentẽ eam de turpitu/
dine? Rñdet Rob. ꝙ ſi eam ſolũ verbis
impetat incidit in canonẽ: ſi aũt turpiter
tangit inuitã ꝛ illa ſe defendens cũ mode
ramine inculpate tutele eum ꝑcutiat: non
incidit. Securius tamẽ eſt ꝙ faciat ſe ab/
§.x. ſolui ad cautelam. vt dicit idem. Se/
primus caſus ponitẜ extra. e. Cum volũ/
tate. vbi ſic dicit. Si qui vero rõne officij
qḋ in eccl'ia obtinẽt aut etiam alij clerici
ſeniores ꝯdo deuotionis pueros vel ado
leſcẽtes in minorib⁹ ordinib⁹ conſtitutos
turbantes diuinũ officiũ ꝛ hi qui obtẽtu
ꝑlationis vel magiſterij ſubditos ꝛ ſcho
lares correctiõis cauſa leuiter forte ꝑcuſ/
ſerint: excõicatiõis ſententiã nõ incurrũt.
Qḋ ꝛ de his dicendũ eſt qui aliquos de
familia ſua vel ꝓpinquos inferiorũ gra/
duũ ſimili modo vt cohibeantur a ſuis
inſolentijs. ꝛ in ſcia bonisqꝫ morib⁹ infor
mẽti duxerit corrigẽdos. Iſte caſus plu
res habet ꝑtes que in hoc ꝯueniũt ꝙ ꝑ/
cuſſio debet eſſe leuis vt pꝫ ex textu. Pec
cant igiẜ magiſtri ꝛ ꝑlati dñi domus aut
ꝯſanguinei ceteriqꝫ grauiter verberãtes
vel verberare faciẽtes illos in quos ꝯce/
diẜ eis poteſtas. Sꝫ nunqḋ ꝑſone hic
§.xj. noiate modũ excedẽtes incidũt in canonẽ
Dicit Bern. ꝙ nõ: niſi irato aĩo hoc fa/
ciãt ꝛ ex ꝓpoſito. Qḋ colligiẜ ex ꝟbis ca/
nonis. xvij. q. iiij. Siquis ſuadẽte. ibi vi
olentas manus iniecerit. Violẽtia enim
nõ cõmitriẜ ſine dolo. extra. c. c. j. Man⁹
aũt ꝑdictarũ perſonarũ non ſunt doloſe
ſed charitatiue. licꝫ fortuito excedat mo/
dũ diſcipline. Predicti etiã nõ habent po
teſtatẽ niſi ſup ꝯſtitutos i ꝑ̃dib⁹ iferiorib⁹
ſeu i miorib⁹ ordib⁹: vt pꝫ ex textu allega
to: demptis ꝑlatis ꝛ magiſtris qꝛ q̃ ad il
los nõ diſtinguit textus de gradu vt di/
§.xij. cit Bern. Quãuis aũt liceat ꝑlato fa/
cere verberare ſubditũ cauſa correctiõis
ꝑ clericũ: nõ tamẽ ꝑ laicũ. Si eñi nõ fiat
cauſa correctionis vel ſi fiat ꝑ laicũ: tam
verberãs ꝙ̃ ꝑcipiens incurrunt excõica/
tionẽ. extra. eo. Uniuerſitatis. Poteſt tñ
ꝑlatus capere ſubditum ꝛ incarcerare: ſi
cauſa ſubeſt per laicuꝫ. extra e. lib. vj. Si
clericos. Dum tñ ex ꝓpoſito non excedã/
tur in eos vt ibi dicit. Ubi notat Ioh.
an. ꝙ ſi clericus captus ſe quiete duci ꝑ
mittat: ꝛ ducentes eum calce pugno vel
§.xiij. alio mõ ꝑcutiũt excõicati ſunt. Octa/
uus caſus eſt in turbante diuina officia:
quem preſbyter vel alius ad quẽ ſpectat
poteſt eijcere de eccleſia. extra. e. Clericos.
§.xiiij. Nonus. ſi cleric⁹ ſit depoſitus ſiue de
gradatus. lib. vj. de penis. Degradatio.
§.xv. Decim⁹ de bigamo. lxxxiij. di. Quiſ/
quis. Prohibeẜ aũt bigamis ſub anathe
mate tonſurã aut habitũ clericalẽ defer/
re. extra de bigamis. li. vj. Altercatiõis.
§.xvj. Et loqḋ de laicis. vt pꝫ ex textu. Quid
ſi ꝑſona eccleſiaſtica domũ alicuius oc/
cupet et nõ vult exire ſine violentia. Rñẜ
ſm Innocentiũ ꝙ eijciens eũ non incidit
in canonem. Quod colligiẜ extra de reſti
tutione ſpoliatoꝝ. Olim cauſam. et extra
de homicidio. Significaſti. Hoc autẽ ẽ
verum. dum tamen non excedat moduꝫ
§.xvij. in expellẽdo. Quid de nõ defendẽtib⁹
clericos cũ poſſint. Rñ. ꝙ fauere videẜ qꝛ

cum poſſint manifeſto facinori deſinunt
obuiare extra. e. Quāte. Unde tales ſunt
excōicati qui ſcʒ poſſunt id eſt qui habēt
poteſtatē in eos rōne cuius ad hoc tenēt
Hoc aūt ptinet ad ſolos plātos: ſiue iu-
dices vel habētes aliquā poteſtatē in ali-
os. vt dicit ibi Berñ. Alij aūt licʒ peccēt
non repellendo iniuriā verbis. xxiij. q. iij.
Non inferenda: nō tñ ſunt excōicati. Cui
Rich. ꝯcordās dicit ꝙ is qui poteſt cleri
cum a violētia defendere ꝛ nō defendit:
incidit in canonē: ſi ſibi hoc ex officio incūbit
Hoſtieñ. aūt in ſūma dicit hoc etiaʒ eſſe
intelligendū in alijs qui ſolo verbo iniu-
riā poſſent repellere. puta in illo qui ſcit
hoc fieri obere p illū cui ſi diceret caueas ne
facias iſtud: ſtatiʒ ille abſtineret. Et i glo
ſa ſup capitulū. Quante. dicit ꝙ quilibet
nō phibēs doloſe: incidit. ſine dolo vero
§. xviij. nō incidit. Quid de illo q̄ a clerico lu-
dente grauiter pcuſſus eum grauiter re-
percutit: Rñdeo ſm Rob. ꝙ ſi hoc facit
libidine vindicte. incidit in canonē. ſi vero
§. xix. ex iocoſa leuitate: non incidit. Quid ſi
aliquis non iniJcit manus in clericum ſʒ
ſpuit aut aliquid effundit ſup eū aut eiʒ
in domo includit vel ponit cuſtodes ad
capiendum eum ſi de domo exeat vel ei
equitanti capit habenas equi vt ipm in-
uituʒ in vno loco teneat vel cingulū fran
gat equi vt cadat: vel minis ꝛ terrorib᷒
arreſtat vel ſecum ire facit aut rem de ma
nu eius rapiat: aut veſtes quib᷒ eſt indu-
tus ſcindat: Rñdeo ſm Raym. ꝛ Hoſt.
ꝙ illi qui pdicta malicioſe faciunt ſunt ex
cōicati. ar. extra e. Nuper. vbi dicit ꝙ excō
municati ſunt clericos in cuſtodia detinē
tes: licʒ corpalis leſio nō fuerit ſubſecuta
citra quā ſepius in clericos nequiter violen
tia ppetrat. Nec refert vtrū quis iniJciat
manus in eum aut in rem ſibi coherentē
Sec⁹ tñ ſi ſolo metu cogit vt ſe redimat
aut ſibi aliqd det. Nam talis nec in pſo-
na nec in res ſibi coherētes iniJcit manū.
§. xx. Quid ſi qs furto aufert a clerico corri-
giam qua eſt accinctus: aut veſtem qua
eſt indutus: Rñdet Innocētius ꝙ nō vi
detur excōicatus. q: minima vel nulla vi
§. xxj. olentia eſt pſone eo ꝙ nō ſentit. Quid
ſi qs ſup caput clerici vibret gladium vel
baculum: volēs pcutere ipm: non tamen
pcutit: Rñdeo ſm Raym. ꝙ nō incidit:
quia manū nō iniecit. Idem Hoſtieñ. ꝛ
Goffri. Quid de illo qui pſequit cleri §. xxij.
cū fugientē vt pcutiat ꝛ clericus ſine per-
cuſſione cadat ꝛ ledat: Dicit Rob. ꝙ nō
credit ꝙ incidat ſecus ſi fugiens quaſi co
actus pcipitet ſe in aquā: vel in aliud peri
culum ſe ingerat vt euadat. quia tunc pſe
quens incidit in canonē. Quid ſi qs ac §. xxiij.
cipiens clericum p capillos ꝛ hmōi dicat
niſi eſſes clericus pcuterē te. Dicit Rob.
ꝙ nō incidit: niſi animo iniuriādi iratus hoc
faciat. Quid ſi verberet nouicius. Re- §. xxiiij.
ſponſio. Verberās eſt excōicatus. extra
eo. Religioſo. li. vj. Quid ſi cleric⁹ vo §. xxv.
lens ſatiſfacere alicui ſe ſpōte ſubiJciat ver-
berib᷒. Rñdeo. ꝙ verberans eſt excōica-
tus. talis eñ verberatio eſt iniurioſa or-
dini clericali ex. e. Cōtingit illo. Quid
ſi clericū paratū ad faciendū aliqd flagi- §. xxvj.
tiū teneo violenter ne illud faciat: aut ſi ſu
puenientib᷒ in iſtis clericus teneat ne inci-
dat i man⁹ eoꝝ. Rñdeo ꝙ ſic detinēs cle
ricum nō incidit in canonē: q: clerico non
iniuria irrogat ſed potius ſalus pcurat.
Et idem eſt iudiciū ſi a clerico volēte ali-
quē cuʒ baculo pcutere baculus violēter
auferat. Quid de illo qui mandat in §. xxvij.
clericum manus iniJci: Rñſio ſm Ray-
mū. ꝙ ſi ſequat effectus: tam mandans
ꝙ̄ is cui mādat incidit in canonē. extra. e.
Mulieres. ꝙ ſi mandator miſit ad reuo-
candum mandatū ꝛ reuocatio prius per
uenerit ad mandatariū ꝙ̄ manus iniece-
rit: tunc mandator nō eſt exemptus. Si
vero mādatarius anteq̄ꝫ reuocatio pue-
nerit ad euʒ iam verberauerat: vterq̄ꝫ eſt
excōicatus: vt dicunt Hoſtieñ. ꝛ Berñ:
Innoceñ. aūt ꝛ Rob. dicūt ipm manda
torē in canonē nō incidere ſi vere penitet:
licʒ teneat de culpa; q: nullū exiſtentē in
charitate ligare ius incipit vinculo excōi
cationis: q: hoc iniuſtū eſſet. Hec opinio
videtur verior: quia cum iura inhibeant
excōicare niſi pro mortali: ꝛ illos qui nō
valēt aliter corrigi. xj. q. iij. Nemo epoꝝ.
non intendit conditor canonis excōicare
aliquē extra mortale exiſtentē. alias enim
faceret qd faciendū inhibet. Idē dicēdū

de eo qui conſuluit clericū verberari. ſed
anteq̄ ꝑberet: de ꝯſilio penitet ſʒ reuoca
§.xxviij re nō pt Quid ſi mandans ante man⁹
iniectionē decedat: Rn̄det Hoſt. ꝙ quo
ad ſniam ecc̄e militātis nullo mō ligatur
ſub ēra xxiij.q.j. Q̄ocūqꝫ. tñ ſi notoriū
hoc ſit: et abſolut⁹ in fine nō fuerit: vel pe
nitentie ſignū nullū apparuerit: hīi debet
ꝓ excōicato. nō ex vi ſnīe ecc̄e militātis: ſʒ
rōne pc̄ci notorij. vñ nec ecc̄a orabit ꝓ ipo
§.xxix neqꝫ ſepeliet intra ſacra. Quid ſiquis
non mādauit ſʒ qd factū eſt ratū habuit:
Rn̄deo ꝙ ſi iniecta eſt man⁹ noie ſuo: pu
ta q2 ſeruitor vel amic⁹ ſuus ei⁹ inimicū
ꝑcuſſit ꝯtemplatōne ei⁹. et ipſe hoc ratūʒ
habuit: excōicationē incurrit. licʒ hoc non
mādauerit. Si ꝓo nō fuerit factum noie
ſuo: peccat ratū habēdo: ſʒ nō incurrit ex
cōicationē. extra e. Cū q̄s. li. vj. Oportet
aūt ſm Hoſt. ꝙ hmōi ratihabitio per ſi
gna exteriora appareat ad hoc vt talis ſit
ligatus q̄ ad ecc̄iam militantē q̄ non iudi
cat de occultꝭ. puta ipm receptando vl' fa
ctū approbādo: aut in maiorē amiciciam
§.xxx. recipiendo. Quid de illo qui dicit ſuis
ꝙ vellet vindicari de clerico tali: et ſic illi
verberāt eū: Rn̄det Rodo. ꝙ ſi hoc dixit
aio ꝓuocādi eos: et ipſi ob hoc moti: ipʒ
ꝑberant: incidit in excōicationē Notā
dū ſm Hoſ. extra eo. Ut fame. ꝙ Iudex
laicus vel dn̄s vel etiā ſocius cape pt cle
ricūʒ delinquentē ne fugiat: vt ipm Ep̄o
repn̄tet.

q.vj. §.j. V Lterius videndū
eſt de damnis excōnis. Et pri
mo de excōicatōne maiori. deinde de mi
nori Quātū ad primū ſciendū ꝙ excōi
cati maiori ſūt ſuſpenſi q̄ndiu ſūt in excōi
catione ab oibus actibꝫ licitis. qui. ſ. hn̄t
robur a lege. extra e. Solet. li. vj. Cū eniʒ
poſſe exercere quēcūqꝫ actū legitimūʒ in
cludat aliquā cōicationē cum mēbris ec
cleſie a qua homo ꝑ excōicatiōeʒ ſeparat:
ipſa excōicatio predictam ſuſpenſionē in
De damnis excommu. cludit. Unde iudices eſſe nō poſſunt: nec
aduocati: nec teſtes: nec accuſatores ſeu
denūciatores: excepto crimie hereſis. nec
poſſunt eligere nec eligi. Eis etiam eccle
ſiaſtica beneficia cōferri nō debent: ⁊ col

lata eis nō poſſunt retinere niſi ex diſpen
ſatione. extra de clerico excōicato. Poſtu
laſtis. Excōicat⁹ etiā ſi impetret aliq̄d re
ſcriptū ſuꝑ alio articulo q̄ꝫ excōicationis
vel appellationis: nō valet. extra ꝺ reſcri
ptis. Ipſo iure. li. vj. Non poſſunt etiam
aliquē in iudicio ꝯuenire nec ꝓcurationē
cōſtituere ad agendū ſed bn̄ ad defendē
dum. extra ꝺ exceptꝭ. Dilecti filij. Secre
te tñ excōicatoꝝ tenent abſolutōes ⁊ be
neficioꝝ collatōes: q̄ꝫuis poſtea eoꝝ excō
municatio fuerit detecta: vt dr Richar.
extra de exceptionibꝫ. Exceptionē. in glo.
Vñ ſm ipm ꝓdicta ſunt vera de excōica
tis q̄ꝫ diu excōmūicati credunt: vl' ſi ſunt
publice excōicati. Et notādū ſm Aſtexa
nū li. vj. ti. j. allegantē Henricū de Gan
dauo ꝙ cleric⁹ excōicatus recipiens tōſu
ram nō debet iterū tōſurari: cū in iure nō
repiat ꝙ tōſurat⁹ excōicatus nihil recipi
at. Quāuis etiā iuſte excōicatꝭ q̄ꝫ diu ma
nēt obſtinati aliq̄ mō poſſint ꝓdeſſe ora
tiones eccleſie. vnde in eccleſia in paraſce
ue orat ꝓ hereticꝭ: tñ lōge minus ꝓſunt
eis q̄ꝫ aliȷs. quia q̄ntum eſt ex pte ſua in
digni ſunt vt eis proſint. Hinc eſt ꝙ cete
ris paribꝫ plus poteſt diabolus in excōi
catū q̄ꝫ in nō excōicatū. vnde tales iuben
tur ab aplo diabolo ſathāe tradi. In cui
ius ſignū in primitiua eccleſia cum fides
erat ſignis euidentibꝫ plātanda: a diabo
lo corꝑaliter affligebant: ſicut ⁊ ſpūſſant
ctus in ſigno viſibili apparebat. Exq̄ tñ
hō penitʒ et facit qd in ſe eſt vt abſoluat:
ſibi valent orōnes: cum iam ſit abſolut⁹
q̄ꝫtum ad iudiciū eccleſie triūphātis. Itē
excōicati ſunt eccleſiaſtica ſepultura ꝑuā
di. quia q̄bus viuis nō cōicam⁹: nec mor
tuis cōmunicare debemus. Etſi tales in
cimiterio ſunt ſepulti: inde debent eijci ſi
oſſa eoꝝ potuerint diſcerni ab oſſibꝫ fide
lium: alias nō. quia min⁹ malū eſt ꝙ in ci
miterio remaneāt oſſa excōicatorū q̄ꝫ in
de eijciant oſſa alioꝝ: vt dic Rich. Excō
municati etiā vt idem dr vel ſuſpēſi a di
uinis officijs: ſe ingerendo diuinis: puta
celebrādo vl' eccleſiam officiando vt pre
faciendo officiū matutinū vl' veſꝑtinum
ſunt irregulares. xj.q.iij. Siq̄s ep̄s in cō.
extra de ſnia ⁊ re iudicata. Cū eterni. et

de ſñia excõicationis. Cum medicinalis
Idē etiam eſt iudiciū de ſolēniter bapti-
zante. q2 cum excõicat⁹ ſit ſuſpēſus ab oī
actu legitimo: cõſtat eum eſſe ſuſpenſum
ab excõicatiõe ſacerdotalis officij. Trāſ-
gredi aūt ſeu violare ſaltem ſolēniter ſuſ-
penſionē a ſacerdotali officio ⁊ ab execu-
tione cuiuſcūꝙ ordinis ſaltē loqndo de
ordine ſacro: irregularitatē inducit: vt in
iuribꝰ allegatꝫ dicit. Si tñ excõicat⁹ bap-
tizaret nõ ſolēniter vt faciūt vetule in ca-
ſu neceſſitatꝫ: aut diceret epiſtolā vl' euā-
geliū nõ ſolenniter: non ꝓpter hoc irregu-
laris eſſet. Legit eñ ſolenniter epl'a: qñ le-
git in eccl'ia cum veſtimentꝫ ſubdiaconi.
Videt etiam aliqbꝰ ⁊ ꝓbabiliter ꝙ ſi ex-
communicatus etiā extra eccleſiā dicat ho-
ras ſuas officiando ꝓplm in exercitu vel
in naui: irregularitate ꝯtrahit. Si tñ di-
cat horas ſuas cum vno ſocio vl' cū plu-
ribus nõ officiando eccl'iam vel ꝓplm: ir-
regularitatē nõ cõtrahit. Videt tñ qui-
buſdā ꝙ debet ſupprimere: dñs vobiſcū.
et loco ei⁹ dicere: dñe exaudi. Si tñ mē-
ſam bñdicat nõ ꝓpter hoc irregularis eſt
q2 nõ videt ꝙ pena iſta ad hoc extēdi de-
beat. Excõicatus etiam admiſtrans ſa-
cramentū extreme vnctionis eſt irregula-
ris. qa cõmuniter admiſtrat cum aliqua
ſolēnitate. et ſic videt qbuſdā de alijs ſa-
cramentꝫ: puta de abſoluēte aliquē in fo-
ro pnie. Alij aūt dicunt cõtrariū. qa non
inuenit in iure expſſum. et pene legū in-
terpretatione molliēde ſunt pot⁹ꝙ exaſpe-
rande. de pe. diſt. j. §. Pene. Preterea ta-
lis abſolutio nõ fit cū ſolēnitate: et videt
eis ꝙ trāſgredi nõ ſolenniter ſuſpenſionē
ab ordinis executiõe: irregularitatē non
inducit. Hec Rich. Decretales autē ille
allegate. ſ. Cū eterni: et Cū medicinalis.
ſunt Innocētij q̄rti ⁊ ponunt nūc ī ſexto
quē nõ allegat Rich. q2 tpe ſuo nõdum
erat cõpilat⁹ vt ſupra dictū eſt. Qđ autē
dictū eſt de ſupprimēdo: dñs vobiſcū: nõ
videt obligatoriū. ſed q̄ hoc facit bene fa-
cit: vt dicit Alan⁹. Circa pdicta dicit
Nota. Rob. ꝙ clericus in minoribꝰ exiſtēs: ſi in
excõmunicatione vl' ſuſpenſione miſtrat
etiam cum ſolennitate: nõ fit irregularis
quia in illis capl'is. xj. q. iij. Si qs eps. p

mo et ſcđo: nõ fit mētio niſi de epo: pſby-
tero: diacono. Pene aūt nõ ſūt ampliāde
Idem aūt eſt intelligendū de ſubdiaco-
no quod de diacono: cū nunc ſibi in mul-
tis pariſicet. extra đ etate ⁊ qualitate. A
multis. Hoſtieñ. tñ magꝫ adheret oppo-
ſito: allegans illud c. Cum medicinalis.
Innocēti⁹ aūt qui illud ca. edidit loqns
de violantibꝰ interdictū: dicit etiam irre-
gularitatē contrahi in minoribꝰ ordinibꝰ
ſolenniter miſtrādo. Dicit tñ ꝙ ſi conſue-
tudo ſit in aliq̄ eccleſia vt ſine diſtinctiõe
ordinis qs legat epiſtolam vel portet ce-
reos: vel aliqđ aliud ptinēs ad aliqđ of-
ficium faciat: non eſt irregularis qui illđ
facit. vbi tñ tm̄ p ſubdiaconū epiſtola ſo-
let legi: ibi fit irregularis. xj. q. iij. Si qs
eps. ij. vbi generaliter dicit: ſi qđ de ſacro
myſterio contigerit. Ad hoc facit qđ ha-
bet in ſeqntibꝰ in pncipio. xxiij. diſt. Di-
cit etiam Rob. ꝙ lꝫ irregl'aritas impedi-
at ordinis executionem anteꝙ diſpenſet
cum tali: ſi tamē celebrat: non ꝓpter hoc
aliam irregularitatē incurrit. Si qdē nul-
lus eſt iudicandus irregularis niſi ingn̄-
tum inueniat in iure expſſum extra de ſen.
excõ. Is q̄. li. vj. Suſpenſus quoꝙ a be-
neficio non fit irregularis celebrando. q2
nullo iure cauet: ſm Innocen. Excõicati
etiam vel ſuſpenſi ab officijs vel miniſte-
rijs que ſibi non cõpetunt rõne ordis: lꝫ
peccent illa exercendo: non tamen incur-
runt irregularitatē: vt dicit Aluarus ar-
ticulo qnquageſimo de plāctū eccleſie. cu-
iuſmodi eſt officium aduocati vel icono-
mi. De recipiētibꝰ aūt ordies in excõ-
municatiõe ponit Rich. talē caſum. Qui- Nota caſum
dam religioſus manus violentas iniecit
in clericum: et anteꝙ abſolueret ab excõ-
municatione ordinē ſuſcepit: et ſic irregu-
laris factus eſt: Modo querit vtrū p ſu-
um platum poſſit cum eo ſuper illa irre-
gularitate diſpenſari. Reſpondeo ꝙ aut
ille quando ordinari ſe pmiſit non habe-
bat facti memoriā: vl' neſciebat ꝙ pro il-
lo facto eſſet excõicatus: quia ius poſiti-
uum ignorabat. aut habebat memoriā
facti ⁊ noticiam iurꝫ. Si aūt erat memor
facti ⁊ ſciebat ſe pro illo facto eſſe excom-
municatū: prelatus ſuus ſup pdicta irre

gularitate diſpenſare non poteſt cum eo.
extra d ſen.excõ. Cum illoꝝ. Et hoc ſiue
ſinectio pro qua fuit excõmunicatꝰ fuerit
enormis ſiue non. ſiue etiã predictam ir/
regularitatem ⁊ excõmunicationẽ incur/
rerit ante religionis ingreſſum: ſiue poſt.
Si aũt quãdo fecit ſe ordinari: facti me/
moriã aut iuris peritiaꝫ nõ habebat: tũc
ſubdiſtinguendũ eſt. quia aut inectio fu
it enormis: aut non. Si ſic: p̃latus ſuꝰ ſu
per p̃dicta irregularitate diſpenſare non
põt: vt habet̃ eodẽ ca. quia maiora intel/
ligunt̃ illis ꝓhibita quibꝰ vetita ſunt mi
nora. p̃latus aũt ſuus a tali excõmunica/
tione ipm abſoluere nõ potuiſſet. vbi di/
cit quedam glo. ꝙ minora vocat abſolu/
tionem ⁊ maiora diſpenſationẽ. Cuiꝰ cre
do eſſe rationeꝫ. quia q̃uis excõmunica/
tio q̃diu durat ſit pena grauior q̃ irregu/
laritas eſt pena diuturnior. Si aũt non
fuit difficilis aut enormis: tũc adhuc vi/
det̃ aliquibus diſtinguendũ. quia aut p̃di
ctam irregularitatẽ incurrit ante ingreſ/
ſum religionis: aut poſt. Si ante: tunc p̃
latus ſuꝰ poteſt cum eo diſpenſare: vt ibi
dicit̃. Si aũt ipam cõtraxit poſt religio/
nis ingreſſum: tunc p̃latus ſuus cum eo
diſpenſare nõ poteſt. Quod Innocẽtiꝰ
approbare videt̃. q2 nõ ſequit̃: ſi dñs pa/
pa ꝯcedit alicui poteſtatem abſoluẽdi ali
quem ab excõmunicatione: ꝙ ꝓpter hoc
ille poſſit cum eo diſpenſare ſuꝑ irreglã/
ritate quã incurrit per hoc ꝙ excõmunica
tus celebrauit. Sed Hoſtienſ. tenet ꝙ in
caſu p̃dicto prelatꝰ põt diſpenſare. qui te/
xtus p̃dicti ca. cõcedere videt̃ ⁊ poteſtatẽ
abſoluendi ⁊ diſpẽſandi: niſi iſte religio/
ſus fuerit adultus ⁊ diſcretꝰ: vt violent̃
contra obliuionẽ vel ignorãtiã preſumat̃
quod referendũ eſt ad forũ iudicij. q2 i fo
ro p̃nie ſibi credi debet ſi affirmet ſe ha/
buiſſe ignorantiã facti vel iuris qñ ordi/
natus fuit. Hec Rich. Secularis aũt in
excõicatiõe ordines recipiẽs lꝫ tũc nõ ha
beret memoriã facti vel haberet ignorã/
tiam iuris: incurrit irregularitatẽ: a qua
per ſolum papam liberat̃: niſi religioneꝫ
ingrediat̃ vt dictũ eſt. Si aũt ſciret ſe ex/
cõmunicatũ: eſt deponendus in ꝑpetuũ
a ſuſceptis ordinibꝰ: vt dicit̃ in illo ca. Cũ
illoꝝ. et etiam ſm glo. a beneficijs. Qḋ ẽ
verum ſm Rob. de rigore iuris: etſi con
tra eum agatur in foro iudicij. Eſt aũt ri
gor exceſſus ſeu auſteritas facta ad terro
rem: q̃ non debet ſeruari niſi vbi timeret̃
exemplũ mali. di. xlv. Sed illud. Diſpẽ
ſatio dicit̃ iuris relaxatio vel licentia aut
ꝑmiſſio facta cõtra rigorẽ iuris. Jus in/
cedit media via: eſt eñ equitas vnicuiq̃
quod ſuũ eſt tribuens: bonis p̃mia: ma/
lis ſupplicia. Et hoc debet iudex ſp̃ ſua/
re: niſi ex cauſa iuſta ſeruet rigorẽ: vel fa/
ciat diſpenſationẽ. Quid ſi excõmuni/
catus vel ſuſpẽſus ab officio excõicat vel
abſoluit ab excõmunicatione? Dicũt In
nocen. ⁊ Hoſtienſ. ꝙ ꝓpter hoc nõ fit irre
gularis. q2 hoc nõ cõuenit ſibi ex ordine:
ſed ex iuriſdictiõe. extra de electiõe. Trãſ/
miſſam. Sed abſolutionis ſolẽnia face/
re vt cum ſtola orationes ⁊ pſalmos dice/
re ⁊ excõmunicatuꝫ in eccliã introducere:
eſt ordinis ⁊ officij ſacerdotalis: ⁊ ita hoc
faciens eſt irregularis. Notandũ ꝙ vl
tra p̃dicta que q̃ ad diſpenſationẽ in irre/
gularitate cõceduntur religioſis de iure cõ
muni: cõcedit̃ fratribꝰ minoribꝰ ex ſpecia
li p̃uilegio ꝑ Bonifaciũ octauũ ꝙ mini/
ſtri et cuſtodes valeant impertiri abſolu
tionis ⁊ diſpẽſatiõis bñficiũ q̃ añ ingreſ
ſum ordis ſiue poſt i caſibꝰ exceſſerint ꝑ
q̃bꝰ excõicationis: ſuſpẽſionis: aut iterdi
cti ſentẽtijs fuerint ligati a iure vł a iudi/
ce generalit̃. Etſi hmõi ſentẽtijs innoda/
ti aut in locis ſuppoſitis eccleſiaſtico inter/
dicto diuina officia celebrantes vł ſuſci/
piẽtes ſic ligati notã irregularitatis incur
rerint. niſi exceſſus ꝓpter quẽ. ſ. fuerint li/
gati excõicatiõis: ſuſpẽſiõis: aut iterdicti
ſentẽtijs fuerit adeo grauis ⁊ enormis ꝙ
ad eandẽ ſedem eſſent merito deſtinãdi.
Tũc eñ ſicut nõ p̃nt abſoluere ab excõica/
tione: ſic nec ab irregularitate in ipa ordi
dines ſuſcipiẽdo vel i ſuſceptis miſtrãdo
ꝯtracta. Cũ vo ñ ſunt fratres deſtinãdi
ad ſedẽ aplicã ꝓ abſolutiõe ab excõicatõe
ſuſpẽſiõe: aut iterdicto: põt ꝑ p̃dictos p̃/
latos ab irregularitate liberari nõ ſolum
ĩgnanter ſed ſcienter ꝯtracta ꝑ hmõi p̃ui
legiũ: cũ papa de ipa idiſtincte loq̃t̃. alãs
non plus haberent ex p̃uilegio q̃ habe/

Priui/legium fratruꝫ minoꝝ.

ant ex iure cōmuni. ⁊ ſic ꝑuilegiū nullum
eſſet. extra de priuilegijs. In his. Videt
aūt innui ex ꝟbis hui⁹ ꝑuilegij ꝙ fratres
nō ſunt deſtinandi ad ſedem apoſtolicā
pro abſolutiōe excōmunicationū vł ſuſ/
penſionū etiā ſedi apoſtolice reſeruatarꝫ:
niſi ſit magna enormitas exceſſus. Pre/
dictis cōcordant qdam notabiles iuriſpi
ti ſuꝑ hoc ꝑ me interrogati. Confert aūt
amplior gratia fratrib⁹ de obſeruantia ꝑ
Eugenium quartū ⁊ Calixtum tertium:
vt patet intuenti ꝑuilegia eorum.

Quantum ad ſecundū ſcʒ de excōmu
nicatione minori Sciendū ꝙ talis remo
uet a ſacramentorꝫ ꝑceptiōe. etſi celebrat
lʒ grauiter peccet: nullius tamē irregula/
ritatis incurrit: nec eligere ꝓhibet: nec ea
q rōne iuriſdictionis ſibi cōpetunt exerce/
re. ſi tn̄ ſcienter talis electus fuerit: eı⁹ eſt
electio irritanda. Peccat aūt cōferēdo ec/
cleſiaſtica ſacramēta: ſed ab eo collata vir/
tutis nō carent effectu: cū nō videat a col
latione ſed a participatiōe ſacramentorū
que in ſola cōſiſtit ꝑceptiōe remoꝛ⁹. Ha/
bent hec oīa extra de clerico excōicato mi
niſtrante. Poteſt qlibet abſolui a minori
excōicatione ꝑ ꝓpriū ſacerdotem. extra. c.
Nup. Et dꝛ ꝓprius ſm Hoſtien. oīs qui
pōt eum abſoluere a peccato. Sacerdos
etiam ligatus minori excōicatione poteſt
ſm Rich. ab eodem vinclo ſubditū ab/
ſoluere. extra c. Duob⁹. Sicut etiā excōi/
catio maior infligit a iure ⁊ iudice: ſic etiā
minor. Ex p̄dictꝫ patet ꝙ excōicatus mi/
nori nō debet recipe corp⁹ chr̄i ſine abſo/
lutione preuia. ſic aūt excōicatus lʒ peccet
ſacramenta miſtrando vt dictū eſt: leuit
tn̄ peccat ſm Gof.

q.vij. Onſeqnter de par
§.j. c ticipatione cum excōmunicatꝫ
videdū eſt. Et p̄mo an partici
pans cū excōicato ſit excōmunicat⁹? Re/
ſponſio. Si aliqs participet cū excōmu/
nicato excōicatione minori: nō ꝓpter hoc
eſt excōicatus. Si aūt participet in crimi
ne cū excōicato excōmunicatione maiori:
incurrit eandē ſniam vt dictū eſt. Si ꝟo
in loquela ac ceteris incurrit excōmunica
tionē minorē. xj. q. iij. Cū excōicato. Ex/
cipiunt tn̄ aliq. xj. q. iij. Qm̄ multos. ⁊. c.
Anteceſſor. Et habent ꝑ hūc ꝟſuꝫ. Vti/
le: lex: humile: res ignorata: neceſſe. Hec
anathema qdem faciūt ne poſſit obeſſe.
Vtilitas excuſat dupliat. Vno mō vti/
litas excōicati: vt qndo quis loquit ei in
his q ꝑtinent ad abſolutionē: vel alꝰ ad
ſalutē anie: lʒ etiam alia verba inadētet
vt apud eum magis ꝓficiat interponat.
extra eodē. Cū voluntate. Et ꝑ hūc etiam
modū p̄dicatores q apud excōicatos vel
aliarꝫ rerꝫ detētores in p̄dicationib⁹ ⁊ cō/
feſſionib⁹ qſi gerunt cauſas eorꝫ q ab ipſ
ſpoliati fuerāt: poſſunt ab ipſis licite ele/
moſynā accipe: p̄ſertim ſi alias in locis il
lis non valerent ſuſtentationē habere: vt
ibidē dꝛ. Vnde excōicati ⁊ interdicti pn̄t
in eccleſijs ad p̄dicationē cōuocari: qn̄ di
uinū officiū nō celebrat. extra c. Reſpōſo
Item pōt eſſe vtilitas ex ꝑte participan/
tis: vt cū petit ab excōicato qd ei debet.
extra c. Si vere. Vn̄ ſi nolit ſoluere pōt
in iudicio cōueniri. extra de iudi. Intelle
ximus. Poſſet etiā ſm Rob. ab eo ꝯſili/
um petere ꝓ vtilitate tꝑali vel ſpūali ſeu
neceſſitate: vbi nō poſſet cōmode ad aliū
habere recurſum. Scdo excuſat lex ma/
trimonij: rōne cui⁹ excuſat vxor cōicās vi
ro excōmunicato. Tertio excuſat humi/
litas: ꝑ quā excuſant filij nō emācipati a
participatione patris: et etiā emancipati
q ſunt ei cōmēſales ⁊ ab eo habent neceſ
ſaria. Item excuſant ſerui: ancille: ruſtici
q dn̄orꝫ terram colunt: ſeruiētes ſeu mer/
cēnarij ⁊ alij ſubiecti: q nō adeo curiales
ſunt vt eorꝫ ꝯſilio ſcelera ꝑpetrent. qui. ſ.
lʒ ſint de curia: tn̄ nō conſulunt ꝑpetrare
mala. Et intelligit hoc ſm Rob. de ſer/
uientib⁹ q añ excōicationem erant aſtricti
dn̄is. Si ꝟo poſt excōicationē ſe obliga/
uerint ignorantes dn̄m excōicatū: nō te/
nent exire. Si ꝟo ſcienter ꝯuenerent diſce/
dere: niſi neceſſitas eos cōpuliſſet ꝙ fie/
rent de eius familia. Cum etiā monachi
ſint quaſi de familia ſuorū abbatū: excu/
ſant ſi abbatib⁹ excōicatꝫ cōmunicent: vt
ipſe dicit. Sed nunqd in cōuerſo caſu ſu
periores licite poſſint cōicare inferiorib⁹
excōicatis: Dicunt qdam ꝙ ſic. qa eadē
lege eſt ſuꝑior aſtrictus inferiori qua infe

rioꝛ ſupioꝛi. xxij. q. v. De forma. Alij di-
cunt ꝙ nō. quia pñt ⁊ debēt eos corrige-
re. Thomas aūt vtrāq; opinionem recī
tans dicit ꝙ ad minus ſupioꝛes cōicare
debent inferioꝛibꝫ in his in qbꝫ obligati
ſunt eis. qꝛ ſicut inferioꝛes obligant̃ ad
obſequiū ſupioꝝ: ita ſupioꝛes ad puiſio
nem inferioꝝ. Quarto excuſat ignoꝛātia
vt ſiqs ignoꝛat aliquē eſſe excōicatū. ſi tñ
eſt publica fama: vel audio a fidedignis
ꝙ audierūt aliquē denūciare: teneoꝛ inq-
rere veritatē ⁊ interim eum vitare donec
certificat⁹ fuerim: vt dicit Ray. Et hoc ē
verū vt dicit Rod. ſi per aliqs certificari
poſſum. ſi eñ nō poſſum certificari qꝛ foꝛ
te ſum Pariſi⁹ ⁊ excōicatio fuit publica-
ta Rhome: non vitabo eū. Pro leui aūt
fama: vel ſi hoc dicat ei⁹ aduerſari⁹: non
eſt cōſciētia foꝛmāda. ar. extra. e. Cū deſi
deres. Si etiā aliqs dicat mihi in cōfeſ-
ſione ſe eſſe excōicatum: nō teneoꝛ euꝫ vi-
tare nec puate nec publice. quia ex hoc cō
feſſio redderet̃ odioſa: vt dicunt Rodo.
Hoſt. ⁊ Rich. Licꝫ aūt vt dꝛ extra e. Cū
nō ab homie. excōicat⁹ ſit vitādus q̃uis
nō fuerit denunciat⁹: et hoc ſi ſit publica
fama ipm publice in excōicationē incidiſ-
ſe. extra e. Cū deſideres. ſol⁹ tñ ſciens ali
quē eſſe excōicatū: ipm nīhmodo puatīꝫ
debet euitare: ⁊ non in publico: q̃diu ab
eccleſia tolerat̃. Huic tñ iuri derogat̃ per
q̃ndam cōſtitutionē in concilio Baſilieñ
editā que eſt in pꝛagmatica ſanctione ec-
cleſie gallicane inſerta: vbi ſic habet̃: Ad
euitandū ſcandala ⁊ multa picula ſubue-
Nota p ſecuritate cōſtitutionū. niendūq; cōſcientijs timoꝛatꝫ: ſtatuit ſan
cta ſynodus ꝙ nemo deinceps a cōmu-
nione alicui⁹ in ſacramētoꝝ adminiſtra-
tione vel receptiōe: aut alijs qbuſcūq; di
uinis vl̃ extra pretextu cuiuſcūq; ſententie
aut cenſure eccleſiaſtice ſeu ſuſpenſiōis vl̃
pꝛohibitiōis ab homie vel a iure genera-
liter pmulgate teneat̃ abſtinere vel aliqd
interdictū eccleſiaſticū obſeruare: niſi ſen
tentia: phibitio: ſuſpenſio: vel cēſura hu
iuſmodi fuerit in vel cōtra pſonā vel col-
legiū: vniuerſitatē: eccleſiam: aut locū cer
tū aut certā a iudice publicata vel denū-
ciata ſpecialiter aut expſſe. aut ſi aliquem
ita notoꝛie in excōicationis ſniam conſti-
terit incidiſſe ꝙ nulla poſſit tergiuerſatiōe
celari: aut aliq̃ iuris ſuffragio excuſari. Nā
a cōmunione illi⁹ abſtineri vult iuxta ca-
nonicas ſanctiōes. Per hoc tñ hmōi excō
municatos: ſuſpēſos: interdictos ſeu p-
hibitos nō intēdit in aliquo releuare nec
eis quomodolibet ſuffragari. De notoꝛio
nota ea que dicta ſunt in fine. ix. diſt. Di
cit̃ aūt pꝛagmatica a pꝛagma grece qd ē
cauſa latine. Eſt quoq; differentia inter
abꝛogare ⁊ derogare. Abꝛogare ē totali-
ter tollere. derogare vo in parte tollere.
Per hanc etiā conſtitutionē modificat̃ il
lud decretū quo inhibebat̃ ꝙ nullus au-
diret miſſam notoꝛij foꝛnicatoꝛis p facti
euidentiā: puta ſacerdotis publice cōcu-
binā in domo ſua tenentꝫ. xxxij. di. Nul-
lus. Excuſabat tñ laicos ignoꝛātia taliū
miſſas audiendo. qꝛ milites magꝫ arma
et ruſticos magꝫ rura q̃ iura ſcire legiſla
toꝛ exiſtiauit. C. de iure deliberādi. Sā-
cimus. Vtrū tales ſint irregulares: ſunt
varij modi dicēdi. Quidā eñ vt Hoſti.
dicūt tales eſſe ſuſpēſos a diuinis: vt ha
bet̃ de cohitatiōe cle. ⁊ muli. Veſtra. ⁊. c.
vl. vbi tales dicunt̃ eſſe ſuſpenſi q̃ ad ſe ⁊
q̃ ad alios. et p cōſeqns celebrādo ſūt ir-
regulares. Alij aūt dicūt tales eſſe ſuſpē-
ſos: nō tñ irregulares. vbi eſt duplex mo
dus dicēdi. Quidā eñ dicūt ꝙ lꝫ ſuſpen
ſi a iudice ſint irreglares in ſuo officio vl̃
oꝛdine miniſtrando: nō tñ ſuſpenſi a iure:
niſi vbi canon talē penam imponit ſicut
imponit̃ extra de ſen. ⁊ re. iu. Cum eterni:
iudicia male iudicanti. li. vj. ⁊ extra de ſen.
ex. Cū medicinalis: iudici non obſerua-
ta foꝛma canonica excōicanti. Sed eius
oppoſitū tenēt Rich. Sco. Hoſti. Joh.
an. Bartho. Panoꝛ. et Aſter. Innuit̃ eī
expſſe in ca. allegatis omnē ſuſpenſum a
diuinis officijs in ſuo oꝛdine miniſtrando
incurrere irregularitatē: a q̃ nō poterit ni
ſi p ſedem apoſtolicā liberari: vt patet il-
la capitula intuēti. Nec obſtat illud ca. de
ſen. excō. Is q̃. li. vj. in q̃ innuit̃ nullū eſſe
iudicādū irregularē: niſi ſit expſſum in iu
re. qꝛ hoc ſatꝫ expmit̃ in ca. allegatꝫ. et in
ca. de ſen. excō. Is q̃. li. vj. Alit̃ dicit̃ ab
alijs ꝙ notoꝛi⁹ foꝛnicatoꝛ celebrādo non
incurrit irregularitatē. qꝛ nō eſt ſuſpēſus

directe ſeu ꝑ iuris ſniam: puta dicendo: Suſpendim⁹ talem. vel: talis ipſo facto ſit ſuſpēſus a diuinis officijs. ſed indirecte inq̄ꝫtū inhibet alijs ne miſſam ei⁹ audiant. Et ſm hūc modū videt loq̄ Scotus in fine. xiij. diſt. dicens: q̄ lꝫ ꝓhibeat diſt. xxxij. q̄ nullus audiat miſſam notorij fornicatoris: vt. ſ. corrigat. non tñ ſequitur talem ſacerdotē eſſe irregularē: cum pene nō ſint ampliande. Et ſm hūc modum ſunt capitula intelligēda ab Hoſti. allegata. Dicitur eñ ibi talis ſuſpēſus q̄ ad ſe: ſicut q̄libet exiſtens in pctō mortali et q̄ ad alios inq̄ꝫtū inhibet ne aliquis eius miſſam audiat. Quid ſi ſciam aliquem eſſe excōicatū: ſed actu nō aduerto et cōmunico ei? Rn̄det Rob. q̄ credit q̄ nō pecco nec incido in excōicationem.

bus eccl'ie emat poſſeſſiones: vel in the-
ſauro reponat in futurũ vtilitati eccleſie ⁊
pauperũ neceſſitatibꝫ: laudabiliter facit.
Si vero neceſſitas immineat pauperibus
erogãdi: ſupflua cura eſt ⁊ inordinata vt
aliquis in futurũ ꝯſeruet. qꝺ dñs ꝓhibꝫ
Matth. vj. dicens. Nolite ſolliciti eſſe in
craſtinũ. Notandũ vt dicit Raym. ꝙ cle
rici qui bona eccleſie ꝯferunt hiſtrionibꝫ
⁊ meretricibꝫ peccant: nõ tantũ qꝛ bona
eccleſie ſeu pauperũ indebite expendunt:
ſed etiam quia indignis ⁊ turpibꝫ ꝯferũt
Nota. lxxxvj. diſt. Donare. Fornicarie autem ⁊
hmõi turpes perſone tenentur reſtituere
res eccleſie: niſi forte fuerit eis datuꝫ cau
ſa elemoſyne cum eſſent in ſũma neceſſita
te. Diuites etiam vel potentes tenentur
reſtituere ea que receperunt per fraudes:
minas vel indebitam importunitatẽ: vel
alias ſine iuſta cauſa. Clericus tñ qui de
dit vt redimeret ſuã vexationẽ a qua non
poterat aliter liberari: excuſatur. Extra
de ſimonia. Dilectus filius. Si vero bo
na eccleſie dentur aliquibꝫ ꝓpter aliquam
honeſtam cauſam: non tenentur reſtitue
re. puta qꝛ impenderãt eccl'ie aliqꝺ ſerui-
tium eam defendẽdo vel ſibi dando de
rebus ꝓprijs vel hmõi. Talibꝫ eñ tenet
eccl'ia recõpẽſare vicem. xij. q. ij. Quicũqꝫ
ſuffragio. ⁊ ca. Eccleſiaſticis. Debet aũt
fieri reſtitutio rei eccl'ie ei qui dedit ſi nõ
turpiter dederit: ſꝫ timore vl' hmõi. alias
reſtituenda eſt ſucceſſori eius vel in vtili-
tatem eccl'ie ꝯuerti vel ſi penitẽtiario vide
bitur expedire. eiuſdẽ loci pauperibꝫ lar
giri. ſm Raym. ar. xvij. q. iiij. Siquis in
atrio. Qꝺ autẽ recipit mulier fornicaria
a clerico de rebꝫ ꝓprijs: ñ tenet reſtituere.
vt dicit Rodoñ. De hac materia Aſtexa
nus libro primo titulo. xxxiij.

Trũ omniũ epoꝝ qõ. liij.

V ſit aliquis in eccleſia ſuperior:
ꝙ nõ. Arguitur. qꝛ epiſcopi ſũt
ſucceſſores apoſtoloꝝ. ſꝫ inter apl'os nul-
lus fuit ſup alios: quia omnes ſuam po-
teſtatem imediate a chr̃o acceperũt. ergo
nullus eſt epiſcopꝰ omnibꝫ alijs ſupior.
Contra. ix. q. iij. Conqueſtus. Sola
rhomana eccl'ia ſua autoritate valet iudi
care de omnibꝫ: de ea nulli iudicare ꝑmit §. j.
titur. Rñdeo ꝙ omniũ epoꝝ eſt aliqs
in eccleſia ſupior qui ſub chr̃o totius ec-
cleſie caput eſt. ſcꝫ eps rhomanus: vt ſic
conformet eccleſia militans ſuo exempla
ri in celo. Unde Bern. iiij. li. de ꝯſidera- De ptã
tione. Sicut ſeraphin ac cherubin ac cete te pape.
ri ordinantur ſub vno capite deo: ita hic
ſub vno ſũmo pontifice primates vel pa
triarche archiepĩ preſbyteri abbates ⁊ re
liqui in hunc modũ. Hic aũt vt habetur
xxj. diſt. Quãuis. euangelica voce dñi ⁊
ſaluatoris noſtri ieſu chr̃i primatũ obti-
nuit nõ a ꝯſilijs: dicente dño: Tu es pe-
trus ⁊c̃. Non a ꝯſilijs ſupple ꝓncipaliter.
A chr̃o eñ principaliter autoritatem ac-
cepit: a ꝯſilijs vero nõ niſi ſecũdario. Unñ
nõ poteſt ab aliquo iudicari in terris. nec
etiam ab vniuerſali ꝯſilio: vt fuit deter-
minatũ autoritate vniuerſalis ꝯſilij per
papam ſimachũ congregati. diſt. xvij. §.
Huic etiam. Unde ꝯciliũ numeroſum
epiſcopoꝝ noluit iudicare marcellũ papã
diſt. xxj. Nunc autem. Ubi etiam ſuper
hoc allegatur quoddã aliud ꝯciliũ. Hoc
aũt eſt verum niſi ſit hereticus. xl. diſtin.
Si papa. vel niſi ſe ſummittat. ij. q. vij.
Nos. Quia etiam nõ habet ſupiorem
niſi deũ: ab ipſo non eſt appellandũ. ix. q.
iij. Ipſi ſunt canones. Ab ipſo tñ male in
formato ad eundem bene informanduꝫ
appellare licet. vt dicit Aluarus articulo
xv. prime partis de planctu eccleſie. Ubi
etiam aperte dñs vel eius apoſtoli ⁊ eos
ſequẽtes ſancti patres ſententialiter ali-
quid diffinierunt: ibi non nouam legem
rhomanus pontifex dare: ſed potius qꝺ
predicatũ eſt vſqꝫ ad animã ⁊ ſanguineꝫ
confirmare debet. Si eñ qꝺ docuerunt

apoſtoli ⁊ ꝓphete deſtruere niterer: non
ſententiā dare ſed errare cōuinceret.xv.
q.j.Sunt quidā. Unde Gregori⁹ quat
tuor ꝑncipalia conſilia in quibꝫ tota fidei
norma deſcribit: amplectit: quaſi quattu
or euāgelia.xv.diſt. Sicut. Fuerunt em̄
illa ꝯſilia magne autoritatis: cū ibi fuerit
numeroſa patrū collectio. Non ſic de qui
buſdā alijs vt diſt.xvj.ptꝫ. Siquidem.
licet a ꝯſilioꝝ ſtatutis rhomana patenter
excipiat autoritas.extra de electiōe. Si
gnificaſti. In diffinitiōe tamen eoꝝ que
ad fidem pertinent: ꝯſiliū eſt ſupra papā
vt patꝫ ex predictis. De hac materia no
ta ea que ponunt in fine diſt.xvij.⁊ in ꝑn
cipio.xviij. Caſus vero pape reſeruati
ſūt q̄rūdā excōicationū abſolutiōes ⁊ q̄rū
dā irregularitatū diſpēſatiōes: de quibꝫ
dictū eſt diſt.xviij.⁊ dicet in hac diſtincti
one ⁊ in ſequenti. Ibidē etiā circa princi
piū dictum eſt de caſibus epis reſeruatis.
Poteſt aūt eps vt dicit Berñ.diſpenſa
re in omni crimine niſi ſibi prohibeatur.
extra de ſen. excōica. Nuper.vbi dicitur.
Quia tamē cōditor canonis eius abſolu
tionem ſibi ſpecialiter non retinuit: eo ipſo
cōceſſiſſe videtur facultatē alijs relaxan
§.ij. di. Quorundā quoqꝫ votoꝝ permu
tatio ad epm ꝑtinet: quorūdam vero ad
papam: vt loco ſuo videbit. Poteſt autē
ſolus papa conſilium generale celebrare.
diſt.xvij. Per totū. Solus etiam diſpen
ſat vt quis habeat plura beneficia cū cu
ra vel plures dignitates ſiue perſonatus
etiamſi curam nō habeat: cuiuſmodi ſūt
archidiaconatus: primiceriatus: decana
tus ⁊ hmōi.extra de preben. De multa.
Uocatur autē dignitas q̄ñqꝫ ꝑſonatus
vel officiū. ⁊ eſt q̄dā ꝑminētia in gradu. ⁊ h
vel rōne iuriſdictiōis: vt archidiacon⁹ ꝑ
eſt archipreſbytero. vel rōne ordinis: vt
preſbyter diacono. Diſpenſatio tñ ſuper
pluralitate beneficioꝝ ꝯceſſa: impetran
ti ꝓdeſſe nō valet ſi aliqđ ꝙꝫ tūcūqꝫ modi
cum beneficiū ſubticuit in eadē.de ꝑben.
⁊ dignitatibꝫ. Non pōt.li.vj. vbi de hac
§.iij. materia multa habent. Itēꝫ papa ele
ctum imperatorem ꝯfirmat vel caſſat. ac
principes inutiles ⁊ negligentes circa re
gimē ⁊ iuſticiā deponit.extra de electiōe.
Venerabilē.xv.q.vj. Alius. Item non
licꝫ aliquē venerari pro ſancto niſi aucto
ritate eius fuerit canonizatus.extra de re
liquijs ⁊ veneratione ſanctoꝝ.ca.j. ⁊ hoc
officiū pro eo vel p̄ces ſolēnes faciēdo.li
cet tñ porrigere p̄ces alicui defuncto quē
quis credebat bonū virū. ſm Innocēñ.
Item ꝙuis vt dicit Johes andree.
vbi papa nō habet temporalē iuriſdictio
nem nō poſſit tollere legē ciuilē cum po
teſtates ſint diſtincte: in his tñ in quibꝫ
periculū vertitur aīe poteſt illam tolle
re.naꝫ in his leges nō dedignant ſacros
canones imitari. In autentica. Ut cleri
ci. Si aūt a papa concedat beneficiū vſqꝫ
ad ſue voluntatis beneplacitū: ipo mor
tuo expirat. Si aūt vſqꝫ ad aplice ſedis
beneplacitū gratia ꝯcedatur ꝑdicta: tūc
ꝑpetuo durabit: niſi a ſucceſſore fuerit re
uocata. q2 ſedes apoſtolica nō morit.lib.
vj.de reſcriptis. Si gratioſe. Ex hoc pōt
ſumi argumentū ꝙ ea que a papa abſo
lute conceduntur ꝑpetuo durant. Notan
dū tamen ꝙ quando alicui iudici delega
to aliqua cauſa cōmittit: mandatū expi
rat morte mandatoris ſeu delegantis: ni
ſi mortem mandatoris p̄cedat citatio.ex
tra de officio delegati. Relatum. ⁊ ca.ſe
quēti. Non ſic expirat poteſtas legatorū
ſedis apoſtolice morte mandatoris.li.vj
de officio delegati.cap̄.ij. Beneficia ſeu
priuilegia pape ac alioꝝ principū ſunt la
tiſſime interpretāda. extra de verboꝝ ſi
gnificationibꝫ. Olim. ⁊ magis eſt inſiſtē
dum intentioni ꝯferentis qꝫ verbis.e.ti.
ca. In his. Ualet autem priuilegiū apo
ſtolicum ſolo verbo ꝯceſſum. li.vij.de ſe
pulturis. Dudum.circa finem in textu ⁊
gloſa. Joh anđ. Multa alia ad papam
pertinēt: de quibus cauſa breuitatis per
tranſeo. Habent enim magis videri in
iure canonico. Poſt dignitatē em̄ papalē
maior eſt dignitas patriarchal s. Sunt
enim patriarche papa minores. ⁊ archi
epis maiores. Sunt autem idem ſm §.iiij
rem primas ⁊ patriarcha.diſt.xcix. Pro
uincie.ꝓprie tamen patriarche dicuntur
quattuor principales.ſ.ꝯſtantinopolita
nus alexandrinus: antiochenus ⁊ hiero
ſolimitanus. Alij vero dicuntur prima

tes:vt aquileieñ. bituriceñ. Ad argumentū in oppoſitū dic̄ Rich. minorē eſſe falſam. Petrus enim fuit ſummus inter alios apoſtolos. quia q̄uis poteſtate clauium omnes imediate acceperint a chriſto tamen poteſtatem iuriſdictionis acceperunt mediate a petro. quia iuriſdictio miniſtrat materiam que eſt ſubditus babētis iuriſdictionem: qui requirit ad hoc q̄ poteſtas clauiū exeat in actū. ideo vſus illius poteſtatis quā omnes imediate acceperūt a chriſto: indirecte dependebat a petro. ſic dicendū eſt de poteſtate epoꝝ per comparationē ad papam. Et notandum ſm Thomā in. q. ij. q̄ cum (chriſto teſte) bonus paſtor animā ſuam pro ouibus ſuis ponere teneatur non debet ep̄s gregem ſuum deſerere ꝓpter aliquod incōmodum temporale vel periculum perſonale: niſi ſubditoꝝ ſaluti poſſit in eius abſentia per alium ſufficiēter ꝓuideri.

Via de electione

q̄ſtio. v. ş. j. Q per quā prelati ordinarij aſſumūtur tangit magiſter in lr̄a: de ipſa ſunt aliqua breuiter dicenda. Eſt aūt electio prout hic ſumitur: alicu⁹ perſone ad dignitatē vocatio. ⁊ pertinet ad collegiū vel aggregationē: etiāſi ſolum duo vel tres fuerit. ex. e. ca. j. Illi āt q̄ ſcīēter in ſcrutinio noīauerint indignū: ſunt priuati ipo iure illa vice eligendi poteſtate. ex. eo. Cū in cūctis. Et hoc ſi adeo in eo ꝯſtiterint. q̄ ex votis coꝝ cōis electio ſubſequatur. ex. e. Perpetuo. lib. vj. alias nō. Dicit aūtē indignus homo inſufficiētis ſciētie vel inboneſte vite vel etatis illegitime. ex. e. Nihil eſt. Non requirit vero q̄ promouēdus habeat ſciētiā eminentem: ſed ſufficit q̄ habeat competentē. ſ. ad ſuū offm̄ exeqndū. ex. e. Cū nob olim.

Nota b̄ dictum Nō ſūt aūt ꝓmouēdi pc̄ōres notorij. ex. de te. et. Queſitū. Quāciti⁹ cōmode fieri valet p̄ſentanda eſt electio electo. qui ſi infra menſem a preſentatione nō ꝯſentiat: priuatus eſt iure electionis niſi forte ea ſit electi conditio q̄ non poſſit conſentire abſq̄ ſuperioris licentia. extra de electione. Quā ſit. lib. vj. Omnes electores in prouincia exiſtentes ſunt ad electionē vocandi. Qui ſi in termino aſſignato nō veniant: non ſunt vlterius expectandi. extra eodē. Cum inter. Si aūt aliquis vocatus nō fuerit: ad eius petitionē caſſanda eſt electio. poteſt tn̄ ſi vult eam ratam habere. extra eo. Or ſicut. Abſens iuſto impedimēto detentus poteſt conſtituere ꝓcuratorē. Procurator autē ſi nominat vnum pro ſe ⁊ aliū noīe eius qui eum cōſtituit: nihil agit niſi de certa ꝑſona habuerit ſemp ſpeciale mandatum. quia tunc alium noīe ſuo poteſt nominare. Porro ſi nullus de collegio vult eſſe ꝓcurator: non poteſt abſens nolente capitulo extra neū deputare nec per lr̄as exprimere votum ſuum qd̄ nō eſt ante ſcrutiniū ſed in ipſo ſcrutinio ſecrete ⁊ ſigillatim tantūmodo exprimendū. extra eo. Siquis. lib. vj. Elector poteſt renūciare voci ſue: q2 quilibet pōt renūciare iuri ſuo. ex. e. Eccleſia veſtra. ij. Forma electionis eſt triplex: ſcʒ ꝑ cōmunē inſpirationē: per ſcrutiniū: ⁊ per cōpromiſſuʒ. extra eodē. Quia propter. Quando autem ꝓceditur per formam ſcrutinij debent eligi tres ſcrutatores qui primo debent examinare ſeipos deinde alios ſigillatim ⁊ ſecrete: vt quilibet dicat liberius quid ſibi videtur. Si eñ examinatio vocū publice fieret: electio talis non valeret: quia non obſeruaretur forma: etiamſi omnes conſentirent. extra eodeʒ. In geneſi. Et debet vnus de ſcrutatoribus ſinguloruʒ vota ſcribere: alijs videntib⁹. In electionibus vota incerta ⁊ ꝯditionata non valent. puta ꝯſentio in illum in quē talis ꝯſentiet: vel ſi petrum habere non potero: conſentio in iohannē. extra e. in electiōib⁹. li. vj. Publicato ſcrutinio electores nequeunt variare voces ſuas: ſed facienda eſt collatio ⁊ electio cōmunis celebranda. extra codem. Publicato. Si aūt ꝑ viʒ facti ſcrutinij null⁹ poſſit eligi: poterūt ꝓcedere ad ſcdm̄ ⁊ tertiū ſcrutiniū: donec q̄s eligi poſſit. In eccl'ijs cathedralib⁹ vel regularib⁹ ſi ifra tp̄s triū menſiū nō eligāt poteſtas eligēdi deuoluit ad ꝓximū ſupiorē. extra c. Ne pro defectu. Fratres minores tñ ex priuilegio nō habēt tp̄is limitationē. Caſſanda eſt electio illi⁹ q̄ requiſit⁹ anteq̄ eſſet elect⁹ cō

ſenſit electioni de ſe faciēde: quia p̄ſumitur ambicioſus. extra e. Cum poſt petitā

Non poteſt epiſcopus eligi qui iā eſt alligat⁹ alteri eccleſie: ſ; pōt a papa poſtulari. extra de poſtulatiōe. ca. finali. vbi dicit gloſa ꝙ perſone inhabiles ad hoc ꝙ eligantur debent poſtulari ab eo qui habet poteſtatem diſpenſandi cum illis vt illi qui nō ſunt legitime etatis vel qui nō ſunt legitime nati. Et hoc eſt itelligendū de inhabilib⁹ non ꝓpter viciu; ſed ꝓpter

Poſtulatio. alium defectū. Siquidē poſtulatio. ſm Goffridum eſt gratie petitio. Si in electione vel poſtulatione dicatur. Ego eligo ⁊ poſtulo. vel Eligo poſtulādo: nihil agitur niſi quādo probabiliter dubitaretur vtrum quis eſſet eligendus vel poſtulandus. extra de poſtulatione. Perpetuo. li. vj. Eligēdus eſt p̄ſtantior. viij. q. j. Licet igitur. qui ſcȝ videtur melior ad illud officium exequēdum ſufficit tn̄ ꝙ ſit bonus. vt dicit ibi gloſa. xvj. q. vltia. Monaſteriū. Electiones clandeſtine reprobātur. extra. e. Quia ꝓpter. vbi papa ſtatuit vt ꝗ̄cito electio fuerit celebrata ſolēniter publicetur. Dicunt aūt electiones clandeſtine: que per occulta ꝯuenticula fiunt: cū corruptiuis ꝑmiſſionib⁹ ſeu cōminationibus occultis fraudib⁹ ⁊ cōiurationū ſecretis inſidijs diſt. xcviij. Siquis. Predictis tamē ſecluſis poſſunt electores ſecrete ꝯferre de dignitate vel indignitate eligendoꝝ. Publicato ſcrutinio ⁊ collatione facta numeri ad numeꝝ: ⁊ zeli vl' meriti ad zelum vel meritū. ille in quē maior pars ꝗ̄tum ad numerū ⁊ ſanior ꝗ̄tum ad zelum conſenſerit: eſt cōiter eligendus per vnum electorū ſurgentem ⁊ dicentē. Ego nomine meo ⁊ omniū qui mecum cōſenſerunt eligo talem. Et ſic fit vniuerſalis electio ex particularib⁹ conſenſibus extra. e. In geneſi. In ordine tamen fratrū minorū collatio zeli vel meriti electoꝝ non debet fieri: vt pȝ per ipſius ordinis conſtitutiones. ⁊ hoc ad tollendas zizanias ⁊ ꝯtentiones que inde ſolent oriri. In p̄latum religioſorū non poteſt eligi niſi expreſſe profeſſus. extra eodeȝ Nullus. lib. vj. nec aliquis qui ſit alterius religionis vel habitus. extra eodē. Cuȝ rationi

in elc. Si religioſus electioni de ſe facte ad p̄latione aliquā extra ſuum monaſteriū vel eccleſiam: non petita ſui ſuperioris licentia ⁊ obtenta conſentiat: ipa electio viribus vacuatur. Si electus nō ꝯſentit vel poſt ꝯſenſum renūciat iuri ſuo vel moritur: vel ꝓpter. eius vicium electio irritatur: electores habent integrū tempus poſtmodū ad eligendum ac ſi vacatio noua eſſet. extra eodē. Si electio. lib. vj. Si electus ante ꝯfirmationē adminiſtret: remouendus eſt. extra e. Qualiter: niſi in ſūmo pontifice qui eligendo confirmatur. diſt. xxiij. In nomine dn̄i. vel ſi ad papā ꝑtineat ꝯfirmatio ⁊ ſit valde remotus a ſede apoſtolica. Tales em̄ ſi ſint in cōcordātia electi adminiſtrare poſſunt: duȝ tn̄ nihil alienent. extra. eo. Nihil. Nec poteſt eis cōmitti adminiſtratio ſub noie iconomatus vel ꝓcurationis. Sic em̄ ipaȝ ſuſcipiētes ſunt priuati omni iure ipſius electionis. extra eo. Auaricie. li. vj. Electio per compromiſſum fit quādo eligēdi poteſtas alicui vel aliquib⁹ cōmittit': ⁊ cōpetentius cōmittit' in numero impari. extra eodē. In cauſis. Et vni cōmitti poteſt extra de renūciatiōe. poſt tranſlationē. §. j. poteſtq; re integra cōmiſſio reuocari. eo. In cauſis. ⁊ ſi in hac cōmiſſiōe vnus diſſentiat: nō valet. extra eodē. Quia ꝓpter. Nec em̄ cogitur quis iuri renūciare inuitus ⁊ idem dicendū de electione que fit per viam ſpūſſancti. Poſſunt quoq; cōpromiſſarij vnū de ſe eligere: ſi hoc habetur ex forma cōpromiſſi. alias nō. extra de ſortilegijs. ca. vltimo. Si cōpromiſſari⁹ eligat indignū ſiue ſcienter ſiue ignorāter eligendi poteſtas reuertit' ad electorēs: niſi ſcienter electionē talem ratam habuerint. Idem fit cum eligit idoneū: ſed electus renuit ꝯſentire. extra. e. Si compromiſſarius. lib. vj. Et notandū ꝙ illi qui non per electionem canonicam ſed ꝑ violentiam occupant officia vel beneficia eccleſiaſtica: dicunt' intruſi. Item notandum ꝙ eccleſia qn̄q; ſumitur ꝓ p̄latura ecc'ie: qn̄q; pro eius obuentionib⁹ qn̄q; pro ambitu muroꝝ: ⁊ qn̄q; pro ꝯgregatione fidelium. Item notandū ꝙ bona eccleſie que ſunt p̄latis ad cōſeruandum

cõmiſſa: ſunt ab ipſis neceſſario cõſeruã-dã: nec ſunt ꝓpter ſcãdalũ dimittẽda: ſi-cut nec alia que ſunt de neceſſitate ſalutꝭ vt dicit Thomas. Hec de electiõibꝰ bre-uiter dicta ſint. Amplior aũt huius ma-terie diſcuſſio ꝑtinet ad iuſcanonicũ.

Diſtin. xxv. q.j.

Circa diſtin-ctionẽ.xxv. quero Utrũ eps̃ hereticus poſſit ordines con-ferre. Reſponſio ẜm Rich. ꝙ epi hereti-ci aut fuerũt ordinati et conſecrati in for-ma eccleſie. aut non. Si non: veri epi nõ ſunt. et ex cõſequenti nec ordines conferre pñt. Si ſic: veri epi ſunt. ſed ſui officij exe-cutionẽ nõ habent. quia oẽs heretici ipo iure ſunt excõicatione maiori excõicati: et per cõſequens ſuſpẽſi ab oibus actibꝰ le-gitimis. Et ideo epi heretici executionẽ ordinis cõferre nõ poſſunt. quia eam nõ habent.j.q.vij. Daybertũ. Uerũtamen ordinẽ cõferũt ſi cũ debita intentione for-mã eccleſie ſeruãt. diſt.xix. Scõm. Et ſic verum ordinem cõferre poſſunt de facto ſed nõ de iure: ſic et recipe. vñ mortaliter peccant et cõferẽdo ⁊ recipiẽdo. Eodem modo eſt dicendũ de epo qui reſignauit loco ⁊ dignitati. q̃uis em̃ talis nõ debe-at exequi officiũ epi de iure: tñ ſi ordinat verum ordinem cõfert: lʒ nõ ordinis exe-cutionem. extra de ordi. ab epo qui renũ-ciauit epiſcopatui. c.j. quia vt ibi dĩt glo. reſignatio non abſtulit illi ordinẽ: ſed or-dinis executionẽ. et ideo illam ꝯferre nõ poteſt: q̃propter recipiens a tali eſt ſuſpẽ-ſus. Idẽ dico de illo q̃ recipit ordinẽ ab epo quem ſcit ſimoniace ꝓmotum.j.q.j. Siq̃s a ſim. Si aũt non cõſtaret ei: non debet credere alterꝰ pctm̃. et ita cũ bona cõſcientia poteſt ab eo ordinẽ recipe. Si aũt eps̃ ſit ſimoniacus aliq̃ alio mõ: po-teſt recipere ab eo ordinẽ ſi ſit occultũ. q2 nõ eſt ſuſpẽſus q̃ ad alios: ſed q̃ ad ſe: vt dicit Tho. in.ij.ij. De epo aũt degrada-to eſt dubiũ. Certũ eſt em̃ ꝙ põt priuari ab his q̃ ſunt iuriſdictionis. q̃cũq; em̃ iu-riſdictio in eccleſia: vel ꝑ ſupiorem ſuſpen-di põt ad tps̃: ita ꝙ ſi in tpe ſuſpenſionis attentet aliquid facere: nihil facit. vel to-taliter pro omĩ tpe tolli. Sed an poſſint ab epo deleri ea que ſunt ordinis que ei conferunt in cõſecratione: eſt dubium: ſi-ue ordo ſumat ꝓprie: ſiue large. De q̃ di-ctum eſt.j.q. diſt. ꝓcedenti.

De ſimonia ſunt ali- q.ij. j.
qua inq̃renda: maiori eius ꝑ-ſcrutatione canoniſtꝭ dimiſſa q̃ cõiter dicit̃ eſſe ſtudioſa volũtas emen-di vel vendẽdi aliq̃d ſpirituale vel anne-xum ſpũali. Et hec diffinitio ipliciate con-tinet̃.j.q.j. Qui ſtudet. Et dicit̃ ſtudioſa Simo-nia eſt.
voluntas actus voluntatꝭ qui ad effectũ deducit̃. quia q̃uis ſimonia mentalis ſit peccatum: tñ nõ obligat ad renunciatio-nem rei adq̃ſite ſpũalis vel tẽporalis: ni-ſi ſequat̃ effectus emptionis vel vẽditio-nis: ſeu nullo pacto interueniẽte. extra de ſimonia. Mãdato noſtro. Dicit̃ etiã ſtu-dioſa volũtas nõ ſurreptoria: ſed digẽs. Licʒ aũt cõtractus emptionis vel vendi-tionis nõ poſſit eſſe circa ſpũalia ꝑ eſſen-tiam: ſicut ſunt gratia ⁊ virtutes: bene tñ poteſt eſſe de facto: lʒ non de iure circa il-la que ſunt ſpũalia cauſaliter vel diſpoſi-tiue ſicut ſunt ſacramenta. Non ſunt aũt talia materia debita venditiõis. q̃a ſunt inapꝛeciabilia ⁊ a gratuita dei volũtate ꝓuenientia. nec viri eccleſiaſtici ſunt taliũ dñi: ſed diſpẽſatores. Quãuis aũt ſpũa-lia vendentes poſſint dici giezite a Giezi qui pecuniã exegit a Naamã tanq̃ preci-um curationis eius. conuenientiꝰ tñ hoc vicium vocat̃ ſimonia q̃ giezia. quia vi-cium emptionis et venditionis q̃ntũ ad voluntatem fuerunt in Simone mago. ad hoc em̃ voluit emere pecunia donum ſpũſſancti vt poſtea alijs vẽderet. Et no-tandum ꝙ nõ tñ cõmittit̃ ſimonia cum pro ſpũalibus vel annexis eiſdem datur ex pacto pecunia: ſed etiam cum ex pacto datur munus quodcũq;: ſiue fuerit mu-nus ab obſequio quod eſt ſeruitus inde-bite impenſa: ſiue munus a lingua qḋ eſt fauor.j.q.j. Ordinationes. et ca. ſequen-ti. Si aũt ſine aliq̃ pacto aliq̃s ſeruit alij: et ille qui ſeruitium recepit: ipſum remu-nerat aliquod beneficiũ eccleſiaſticũ con-ferendo: ſi tamen alias dignus ſit: nõ pec

car:niſi pͥncipalem babeat aſpectū ad ſeruitium q̄d ab ipſo recepit.extra de ſimo. in glo. Cum eſſent. Seruiēs em̄ pͥncipaliter intentiōe obtinēdi bñficiū aliq̄d eccleſiaſticū nullo tñ pacto interueniente:lȝ ſimoniā incurrat mentalem: illam tñ nō incurrit ſimoniā que obligat ad reſignatonē beneficij eccleſiaſtici quod ſimoniace adeptum eſt.extra de ſimo. Mādato. Hec Rub. Ray.autē Gof.ꝛ Hoſtieñ. dicunt ꝙ obſequiū corꝑale licitum ꝛ honeſtū nō inducat viciū ſimonie:dum tñ fiat ſine pacto et ſeruiēs ſit dignus.vt ſi q̄s ſeruiat epo in negocijs eiꝰ vel eccleſie. Et hoc innuit a cōtrario ſenſu canon ille.j.q.j. Sunt nonnulli.vbi munus ab obſequio dicit̄ ſeruitius indebite impēſa.i.obſequū illicitum. Obſequiū aūt ſpūale poteſt ſine vicio p̄ſtari ex pacto ſi ſit bñficio annexum.extra de p̄beñ Significatū. puta ſi recipiēs bñficiū promittit dicere miſſas ei annexas. Prima opinio a q̄buſdā declarat̄ ꝙ clericus poteſt p̄ſtare p̄lato obſequium vel eccleſie:puta eundo rhomā vel hmōi.vt prelatus inde excitatus ſibi de beneficio ꝓuideat:nō ꝓpter obſequia principalr̄:ſed ꝓpter merita ex obſequijs cognita.et ſic obſequiū non eſt cauſa pͥncipalis ſed ſecūdaria ꝛ excitatiua: ita ꝙ p̄latus per obſequiū excitatus ſibi beneficium non cōferret niſi ipm eſſe dignū attenderet. hoc poſſet applicari ad munꝰ a lingua:puta cū affectus alicuiꝰ excitat̄ ad cōferendū aliq̄d ſpirituale per p̄ces ex q̄bus fauoꝛ aut gratia vl̄ laus hūana acquiritur. Propter tamē hunc fauoꝛē vel preces illud nō cōferret̄ indigno. Preces aūt pro digno lȝ carnales ſint:non inducunt ſimoniā:dum tñ ſuperioꝛ habeat reſpectum ad meritū ꝓmouendi:vt habet̄ in directorio iurꝭ.j.q.j. Quibuſdā. Qui autē principaliter ad p̄ces intendit:ſimoniā cōmittit:cuiuſmodi eſt q̄ preces ꝓ indigno exaudit:ſm Thomā.in.ij.ij.j.q.j.
Simonia dr̄ heref. Ordinatiōes.ꝛ ca. Sunt nōnulli. Dicit̄ aūt ſimonia hereſis ſm q̄ndam ſimilitudinē ſeu exterioꝛē preſtationē. q2 in hoc ꝙ aliquis vendit rem ſpūalem q̄daꝫmodo ſe proteſtat̄ eſſe dñm ſpiritualis rei:ꝛ ſe habet acſi eſtimaret donum dei q̄d eſt ſpūale ꝛ impreciabile:poſſe aliquo terreno precio compēſari:quod ſentire eſt hereticū. Noīe aūt emptionis ꝛ venditionis intelligit̄ omnis cōtractꝰ non gratuitus. vnde nec ꝑmutatio p̄bendarū vel eccleſiaſticoꝝ beneficioꝝ fieri poteſt auctoritate partiū abſq3 ꝑiclo ſimonie. poteſt tñ prelatus ex officio ſuo facere hmōi ꝑmutationes pro cauſa vtili vel neceſſaria vt dicit Tho. Poſſunt aūt ſibi ꝛ epo voluntates ſuas intimare:ſm Rob.et hoc ſine pacto.extra de reꝝ ꝑmutatōe. Queſitum. Beneficia aūt ex cauſa ꝑmutationis reſignata in manu epi non pñt alijs cōferri:in de.e.ti. Sunt aūt talia annexa ſpūalibus quia nō competūt niſi habenti officium clericale:ꝛ ſic nullo modo pñt eſſe ſine ſpūalibus. Utrum ſacerdos §.ij.
poſſit miſſam cantare ꝛ exeq̄as celebrare pro denarijs: Tho. dicit ꝙ ſacerdos poteſt accipe pecuniā vel aliud cuius preciū poteſt pecunia extimari:nō tanq3 p̄cium conſecrationis eucharīſtie aut miſſe cantate:ſed quaſi ſtipendiū ſue ſuſtentationis. Sic q̄dem vēdere quod ſpūale eſt in hmōi actibus aut emere: ſimoniacum eſt.ſed accipe aut dare aliq̄d pro ſuſtētatione miniſtrantiū ſpūalia ſm oꝛdinationem eccleſie ꝛ cōſuetudinē approbatam: eſt licitum:ita tñ ꝙ deſit intētio emptionis ꝛ venditionis:et ꝙ ab inuitꝭ non exigat̄ per ſubtractionē ſpiritualiū que ſunt exhibenda. hec em̄ haberent q̄ndam vēditionis ſpeciē. Gratis tñ ſpūalibus prius exhibitis: licite poſſunt ſtatute ꝛ conſuete oblationes aut q̄cunq3 alij ꝓuētus exigi a nolentibꝫ ꝛ valentibꝫ ſoluere auctoritate ſupioꝛis. Predicantibꝫ etiā temporalia debent̄ ad ſuſtētationē predicantium:non aūt ad emendū predicationis verbum. nec venale eſt euangeliū:vt pro his p̄dicet̄. Qui em̄ ſic vendunt:magnā rem vili vendunt precio. vt dicit glo.j.ad Timo.v. Sic etiā ꝑpalia dant̄ deū laudantibꝫ in celebratiōe eccl'iaſtici officij ſiue pro viuis ſiue ꝓ moꝛtuis ꝛ ꝓ ꝓceſſionibus faciēdis in aliquo funere: ac anniuerſarijs celebrandis: que recipiētes tenent̄ celebrare pro illis pro q̄bus rogant̄. Si āt huiuſmodi pacto interueniente ſi

unt: aut cum intentione emptionis ⁊ vēditionis: ſimoniacū eſt. Hec Tho. in. iiij et in. ij. q. Recipiens aūt tpalia ex iuſticia tenet ad ſpūalia ſm exigētiam recepti beneficij. Predicta aūt poſſunt cōfirmari per illud quod habet extra c. Ad apoſtolicam. vbi fieri ꝓhibent praue exactiones pro benedictiōe nubentiū ⁊ exequijs mortuoꝝ: et conſimilibꝫ. ſed libere cōferri debent eccleſiaſtica ſacramenta. et poſt modū laici nolentes laudabiles cōſuetudines obſeruare ſunt ꝑ epm compellēdi. Vtitur aūt papa verbo precepti quo ad obſeruantiā conſuetudis. Scot⁹ aūt di/

Dictū Scoti. cit diſt. v. q̄rti: ꝙ non licet emere vel vendere actum illum inq̄ʒtum eſt ſacramentalis: ſed laborē ſacerdotis in actu illo: ſicut conducunt hodie ſacerdotes ad celebrandū miſſas: non ꝙ ipſi vendant ⁊ alij emant actū celebrationis inq̄ʒtum eſt ſacramentalis: qḋ abſit: ſed ꝙ ipſi vendāt laborem ⁊ alij emant eum. quia oportet vnūquēqꝫ de ſuo labore taliter q̄liter viuitare. Videt tamē oppoſitum tenere. q. penultima q̄dlib. vbi dicit inter cetera: ꝙ non eſt veriſimile ꝙ aliq̄s tātū vellet dare ſacerdoti pro labore corꝑali. Tenētes tamē oppoſitū eius in quarto: poſſent dicere ſacerdotes pauꝑes ſuū laborē ꝓ aliquo tēporali cōmutare: non attendendo ꝑciſe quantitatē laboris: ſed quia ex illo labore quantūlibet paruo oportet ipſos ſuſtentari. Ray. ṽo ad q̄ſtionem ꝓpoſitā ſic diſtinguit: ꝙ ſi ſacerdos tenet ex officio ad p̄dicta vel ſimilia exigere propter hoc aliq̄d: ſimonia eſt. j. q. iij. Vendētes. Si aūt non tenet ⁊ deſunt ei ſumpt⁹: poteſt licite recipe. j. q. j. Iudices. Et poteſt locare opas ſuas ad diem vel annū: ſicut faciunt conducticij ſacerdotes. extra Ne p̄lati vices ſuas. c. vl. Si aūt habet ſumptus ⁊ ad illa nō tenet: lʒ forte nō eſſet ſimonia: eo ꝙ nō debet ſuis ſtipēdijs militare. xij. q. ij. Charitatē. tn̄ turpe lucrū eſt quando fit ex auaricia. Concor. Hoſtiē. et Gof. dum tn̄ ſacerdos p̄ncipalē intentionē ſuam inferat nō ad pecuniā ſed ad obtinendū veniam. Cōcor. directoriū iuris in quo ponit ꝙ ſacerdos poteſt locare opas ſuas pro opibus ſpiritualibꝫ: ad que ex officio non tenet. Vnde poteſt dicere Vigilabo cum defuncto pro tot denarijs: lʒ annectat pſalteriū. et ſic poteſt vēdere laborem ad quem nō tenet ex officio: lʒ non poſſit vendere ſpirituale.

Quid de iudicibꝫ pecuniā ꝓpter abſolutionem ab excōmunicatiōe exigentibꝫ? §. liij.
Reſpondet Tho. ꝙ pecunia non exigit ab eo qui abſoluit q̄ſi p̄cium abſolutiōis (hoc em̄ eſſet ſimoniacū) ſed q̄ſi pena culpe p̄cedentis pro qua fuit excōmunicat⁹

Quid de conſuetudine que apud q̄ſdam habet ꝙ in conſecratōibꝫ epoꝝ: benedictionibus abbatū: ⁊ ordinatōibꝫ clericoꝝ pro chriſmate et oleo ſancto ⁊ alijs huiuſmodi aliquid det? Reſpōdet Thomas in. ij. ij. q. c. ꝙ ſi ex conſuetudine exigunt quaſi p̄cium rei ſpūalis cum intentione emendi vel vēdēdi: eſt manifeſte ſimonia. ⁊ p̄cipue ſi ab inuito exigant. Si ṽo accipiant quaſi q̄dam ſtipendia ꝑ cōſuetudinem approbatā: nō eſt ſimonia: ſi tamen deſit intentio emendi vel vendendi: ſed intentio referat ad ſolam conſuetudinis obſeruantiā. Dicit etiam idem in quodl. ꝙ talia non debent requiri an̄ pij officij exhibitionē. ſed cōpleto officio poterunt exigi. Ad quod facit extra. c. Ad apoſtolicam. De quo vide in Bartholina ⁊ in Aſtex. de ſimo. ar. iij. Si arguatur contra p̄dicta ꝑ ca. ſ. de ſimo. ⁊ ꝑ ca. Sicut pro certo. vbi inhibet datio: ⁊ reprobatur conſuetudo. Dico ꝙ predicta ca. non repugnant dictis b. Thome. q̄a ibi non pia ſed ꝑuerſa reprobat exigendi conſuetudo exactione extorſiua: puta per violentiā ſiue ſubtractiōeʒ ſpūalium: aut ex pacto: vel vt p̄cium rei ſpūalis. beatus autē Thomas accipit verbum exigendi pro ſimplici req̄ſitione ſeu monitiōe poſt exhibitionem pij officij de laudabilis cōſuetudinis obſeruātia. Siq̄dem ca. Sicut pro certo. videtur expoſitiuū alioꝛuʒ. vnde non dicit ibi: qui accepit vl̄ q̄ dederit ſimpliciter. ſed: qui exegerit huiuſmodi p̄cium: vbi. ſ. eſt extorſio vel coactio. ꝙ aūt ſit de conſuetudine diſtinguendū: patet ex ca. Cum in eccleſie cor. vbi eque bene reprobatur ꝯſuetudo in exequijs mortuorum ſicut in ordinibꝫ. Oportet ergo

in his ⁊ in illis de ꝯſuetudine diſtingue-
re:⁊ ad ea. Ad apoſtolicam.recurrere.
§.v. Utrū liceat pecuniā dare pro aliq̄ ec-
cleſiaſtica dignitate ad redimendū ſuam
vexationem. Reſpondet Tho.ꝙ anteq̄
adquirat alicui ius in aliq̄ dignitate vel
ꝑbenda per electionē vel ꝓuiſionē ſeu col
lationē:ſimoniacū eſſet aduerſantiū ob-
ſtacula pecunia redimere.ſic eīn per pecu
niam pararet ſibi viam ad rem ſpūalem
obtinendā.ſed poſtq̄ ius eſt alicui iā ad-
quiſitū: licet per pecuniā iniuſta impedi-
menta remouere.extra e. Dilectus filius
illud. Sic Jacob nō peccauit ius ꝑmo-
geniture emēdo quod ſibi debebat ex or
dinatione diuina:iuxta illud. Jacob dile
xi: Eſau autē odio habui. quia intelligit
ſuam vexationē redemiſſe. Quid ſi ali-
quis aliquid alicui det vt non impediat
eius electionem: Rn̄o ſm Ray. ſi nōdū
eſſet electus: ſimoniam cōmittit.ſecus ſi
poſtq̄ electus fuiſſet. Hoc patet ex prece
dētib. Nulla etiā ꝓmiſſio peti debet ab
eo qui eſt eligēdus ante eius electionem.
q̄a hoc eſſet ſimoniacū.ſed bene poſt ele-
ctionem. Dicit tn̄ Rod.ꝙ non debet q̄s
ius ſuum redimere:niſi ſit certus de ipſo
§.vj. An liceat prelato aliq̄d accipe pro vſu
ſue ſpūalis poteſtatis: Reſpondet Tho
mas ꝙ ille cui cōmittit ſpūalis poteſtas
ex officio obligat ad ipſius vſum in ſpiri
tualium diſpenſatione.et ꝓ ſua ſuſtenta-
tione habet ſtatuta ſtipēdia ex redditib
eccleſiaſticis. ⁊ ideo ſi aliq̄d acciperet pro
vſu ſpūalis poteſtatis:nō intelligeret lo-
care operas ſuas quas ex debito ſuſce-
pti officij debet impendere.ſed intelligit
vendere ipm gratie ſpiritualis vſum.et
per hoc non licet aliq̄d accipe per hoc ꝙ
ſuas vices cōmittat;nec etiam per hoc ꝙ
ſuos ſubditos viſitet ⁊ corrigat vel a cor
rigendo deſiſtat. licet tamen ei accipe ꝓ-
curatiōes quādo ſubditos viſitat nō q̄ſi
precium correctionis:ſed quaſi debitum
ſtipendiū. Rich.concordās dicit: ꝙ pro
viſitatione et cōſecratione eccleſie nō de-
bet epS ꝓcurationē exigere tanq̄ preciū
earum:ſed tanq̄ debitam pro ſuo labore
ex ordinatione eccleſie ad eius ſuſtentati-
onem. Ex ꝑdictis patet:ꝙ ſi rector eccle-
ſie locet alicui ꝑſbytero ſuam eccleſiam:
qui locat operas ſuas ad ibi officiandū:
debet ſibi gratis cōmittere ſuam iuriſdi
ctionem ſeu curam aiaꝝ. Un̄ dicit Ray
mun.ꝙ ſacerdos qui non vult dare ſuo
parochiano licētiā cōfitēdi niſi ꝓ pecūia:
ſimoniā cōmittit. Quid de doctorib: §.vij.
Rn̄det Tho.ꝙ doctor q̄ n̄ obligat alijs
vſum ſue ſcientie impendere:licite poteſt
ꝑcium ſue doctrine accipe:non q̄ſi verita
tem aut ſcientiam vendens:ſed q̄ſi opas
ſuas locās. Si aūt ex officio ſuo ad hoc
teneret:intelligeret ipſam veritatem ven
dere. De hoc dicit Rich.ꝙ doctrina pſie
ſeu labor docendi poteſt vendi de facto:
et etiam de iure:cum doctor non habeat
ab eccleſia aliquod ſtipendiū quo docere
teneat. Si aūt habet ſalariū ab eccleſia:
incurrit vicium vel quaſi viciū ſimonie:
ſi pro doctrina ſua ꝑciū exigat a cleric
eiuſdem eccleſie ⁊ a pauꝑibus vndecūq̄
ſint.extra de magiſtr. Quia. Illicitū eſt
aūt illis qui habent magiſtros inſtituere:
aliq̄d exigere ab illis pro licentia docen-
di:vt ibidem dicit ca.j. Hoc tn̄ nō eſt ſi-
moniacū:ſed quaſi ſimoniacū. Eſt eīn vt
dicit Hoſtien̄.crimen cōcuſſionis quod
dicit cum aliquis ꝑtextu officij ab inuito
aliquid extorquet quod non debet.xxiij.
q.j. Militare. Et debet talis ꝑuari offi-
cio ⁊ beneficio:et reſtituere quod extorſit
Dicit aūt Rod.ꝙ is qui licentiam obti-
nuit regendi:ſi conſuetudo loci eſt ꝙ poſ
ſit aliū ſubſtituere:poteſt recipere ab eo ꝓ
intereſſe expēſas quas fecit in ꝓādijs vl
alijs:dum tamē ſic ſubſtitutus noīe et
vice eius doceat. Nō tn̄ debet paciſci cū
eo de certa portione emolumenti haben-
da ſine labore ſuo. Si aūt totum ius qd
habet transferret in illum:nō deberet ali
quid ab eo accipe etiā pro intereſſe ſicut
nec is qui dat ſcholas. Notandū ſm §.viij.
Tho.in q̄dlib.ꝙ ſicut in edificijs cōſtru-
endis maiori mercede ꝯducit qui de edi
ficio diſponit(q̄uis nihil manibus ope
retur)q̄ manuales artifices qui dolāt li-
gna ⁊ incidūt lapides. Sic melius eſt(ſi
bona intentione agatur)erudire de ꝑti
nētib ad ſalutem eos qui in ſe et in alijs
ꝓficere poſſunt:q̄ ſimplices qui in ſe tm̄.

poſſunt ꝓficere. In aliquo tñ caſu neceſ/
ſitate iminēte debent epi ⁊ doctores par/
ticulariter intelligere ſaluti animarū.
§.ix. Quid de iudicibꝫ ⁊ aduocatiſ: Reſpō
det Tho. ⁊ Richar. ꝙ iudici nō eſt licitū
vendere iudiciū. quia ad hoc tenet̃ ex offi
cio ſuo. Non licet etiam vendere teſtimo
nium. quia q̃libet interrogatus loco ⁊ tē
pore tenet̃ veritati teſtimoniū perhibere.
vnde tales ꝓdicta vendētes grauiter pec
cant. etſi talia reſpiciāt ſpūale cauſam: ſi/
moniaci ſunt. Sed aduocatus poteſt vē
dere patrociniū: et iuriſpitus ſuum conſi
lium: quādo a iudice vel a curia non reci/
piunt ſalariuꝫ pro quo ad iſta adhibēda
abſq; nouo pacto teneant̃. nec poteſt dici
ꝙ iſti vendunt iuſticiam vel veritatē: ſed
laborem ſuum ⁊ ſuam ſollicitudinem.
Quid cū dicunt ſibi aliq̃ canonici: Ca
nonicemus nepotes noſtros: placeat ti/
bi de meo ⁊ placebit mihi de tuo. vel de
illo qui dicit: Nunq̃ me viuente fiet ali/
quis canonicus in eccleſia iſta: niſi fiat ta
lis pro quo rogaui. Rñs ſm Rod. Si/
monia cōmittit̃ in vtroq; caſu. Nam ca/
non dicit. Abſit omnis pactio: ceſſet oīs
§.x. cōuentio. j. q. ij. q̃pio. Utrū liceat da/
re ſpiritualē pro ſpūali. Dicit Rod. ꝙ ſic
Puta tu celebrabis hodie pro me: ⁊ ego
cras ꝓ te. Quid de q̃buſdā monaſte/
rijs in quibus aliq̃d exigit̃ ab ingredienti/
bus: Reſpondet Tho. in. iiij. ꝙ quando
poſſeſſiones alicuiꝰ loci religioſi nō ſuffi/
ciunt ad ſuſtentandū plures: tunc poteſt
exigi ab eo q̃ in illo loco vult deo ſeruire:
non q̃ſi ꝓcium religionis: ſed vt habeat
monaſteriū vñ poſſit ei prouidere. et ideo
non cōmittit̃ ſimonia. Si aūt ſine graua
mine eccleſie pōt recipi: ſimoniacū eſt ali/
quid pro receptione exigere. Richardus
aūt dicit ꝙ tali licitū eſt intimare ſine pa/
cto ꝙ niſi afferret vnde viueret ipſe ⁊ alij
penuriam paterent̃ ꝑ quā a dei ſeruitio
impedirent̃. Ceſſare aūt debet oīs con/
uentio vel pactio. j. q. ij. q̃pio. Scōm ſo
Rod. paciſci in talibꝫ quando monaſte/
rium eſt indigens: non eſt ſimoniacū: dū
non fiat pro ſpūalibus cōferendis vł re/
cipiendis: ſed pro expenſis faciendis vel
recompēſandis. Conſulēdū eſt etiā dare
aliquid volentibꝫ monaſterio in eius in/
greſſu ꝙ dent ꝓpter deum ⁊ ne ſint onero
ſi domui: vt dicit Raymūdus. Licꝫ aūt
ſm Aſtex. ſit tutius non paciſci in talibꝫ.
Bartholina videt̃ ſeq̃ opinionē Rodo.
allegans ſuꝑ hoc plures doctores. ⁊ Ul
ricū dicentem ꝙ ꝓpter tenuitatē monaſte
rij ſpūalibus prius grat̃ oblatis pñt pa
ciſci ⁊ exꝓmere determinata ſumma tem
poraliū. Qd aūt habet̃ extra e. Quoniā
ſimoniaca. pauꝑtatis ꝓtextu volētes hu
iuſmodi viciū palliare: intelligit̃ de his q̃
hoc faciebant in fraudem. puta dicendo
monaſteriū indigere: lꝫ nō indigeret. Et
notandū ꝙ diſtricte inhibet̃ de ſtatu re/
gularium li. vj. Periculoſo. ne in monaſte/
rijs ordinū non mēdicantiū alique ſoro/
res recipiant̃: niſi quot poterunt de ipoꝝ
monaſterioꝝ bonis vł ꝓuentibus abſq;
penuria ſuſtētari. ꝓcipit̃ quoq; epīs et ꝑ/
latis ordinum quorūcunq; vt debitam
clauſurā fieri faciant ad ipās includēdas
Per hmōi eñ ꝓceptoꝝ obſeruantiā tol/
letur ipſis occaſio euagandi: et ſecularibꝫ
ad ipſas accedēdi. Determinatio ſo opi
nionum ꝓcedentiū quo ad ingreſſum re/
ligionis videt̃ mihi ſtare in hoc quod ha
bet̃ extra de ſimo. Dilectus. ij. vbi dicit̃:
ꝙ poterit recipi illud quod ſine taxatiōe
grat̃ offert̃: vbi dicit glo. ꝙ taxatio eſt q̃
dam vēditio. Quid de pſbytero qui §.xj.
quando duo de diuerſis parochijs ma/
trimonialiter cōiungunt̃ dare nō vult li/
centiam alteri pſbytero de benedictione
facienda: niſi data vel ꝓmiſſa ſibi pecu/
nia: Reſpōdet Rod. ꝙ ſi pſbyter ille nō
intendat benedictiōis faciende licentiam
vendere: ſed ſuꝑ oblationibꝫ ⁊ ꝓuentiōi/
bus que ei ꝯtingerent ꝓuidere: nō eſt ſi/
monia. Nō tamē ſcienter plus debet exi/
gere q̃ ꝓſumeret̃ valere portio eū contin
gens ſi ipſe benediceret. Quid ſi aliq̃s §.xij
non habet titulum: et vult ordinari: ro/
gatq; aliquē preſbyteꝝ vt eū ꝓſentet ad
eccleſie ſue tituluꝫ: ꝓmittens ꝙ nunq̃ in
eccleſia ſua aliquam portionē petet. et ſic
illo ꝓſentante ordinat̃: Reſpondet Ray
mun. ꝙ talis niſi fuerit cum eo diſpenſa/
tum: nec ad ordines ſuꝑiores aſcendere:
nec in ſuſcepto taliter debet ordine mini/

ſtrare.extra.c.Per tuas.iij.Nec excuſaẗ ꝑ
ignorantiã.ſ.ſi non credebat hoc illiatuꝫ
eſſe:vt ibi diciẗ. Solus ꝗꝫ papa diſpen-
ſabit cum eo:cũ ſit ſimoniacus in ordine.
Ordinator aũt a collatione ordinũ et p̄-
ſentator ab executione per triennium no-
uerint ſe ſuſpẽſos.extra.c.Siq̃s ordina-
uerit.Scd̃m tñ Rod.poteſt cum eo epi-
ſcopus diſpenſare vt miniſtret in ordini
§.xij. bus ante rite ſuſceptis. Utrũ ſit ſimo
nia renunciare beneficio vt alij deẗ: Re-
ſpondet glo.j.q.j.Ordinationes. ꝙ nõ:
niſi in pactum ducaẗ.extra de p̄beñ.Di-
lectio.Habere tamẽ ſpem de hoc:nõ eſt
ſimonia.extra de pactꝭ.Cum p̄dem.Ro
do.autẽ concor.dicit:ꝙ in talibꝫ que non
ſunt ſimoniaca niſi ꝓpter ꝓhibitionẽ ec-
cleſie:nõ ſufficit ad introducẽdũ peccatũ
voluntas:lꝫ etiã ꝓgrediaẗ ad actũ renun
ciandi beneficio:dum tñ pactũ nõ inter-
cidat.In his aũt que ex ſui natura ſũt ſi-
moniaca ſufficit voluntas ad introducẽ-
dum peccatũ ſiue ſtet in finibus ſuis ſiue
progrediaẗ ad actum collatiõis vel acce-
ptionis non gratuite ſpũaliũ pro tempo
ralibus:ſed etiã non ſufficit ad introdu-
cendum irregularitatẽ ſi nõ ꝓgrediaẗ ad
actũ paciſcendi.extra.c.Mandato. Hec
Rod. Uolũtas aũt deliberata paciſcẽdi
in omnibꝫ predictꝭ eſt mortalis. Concor
dat Hoſtieñ. vt dicit Johãnes And.in
§.xiij summa ſua.q.j. Quid de his qui ha-
bent cimiteria diuerſa.ſ.vnũ in quo non
poniẗ aliquis niſi ſit canonicus vł frater.
Aliud cõmune.Eſt aũt taxatũ pro q̃nto
poteſt aliquis in fratrũ vł canonicorũ ci-
miterio ſepeliri. Reſpondet Hoſtieñ.ꝙ
ſimonia eſt.extra c.Audiuimus.ꝛ.c.Si-
cut. Terra eñ cõſecrata nõ poteſt vendi
in vſum ſepulture. Idem etiam dicit:ſi
maior crux nõ portẽ niſi pro certo p̄cio.
§.xv. Utrum in his que ſimoniã inducunt
autoritas pape excuſet a ſimõia: Reſpõ-
det Ber.extra de pactis.Cum p̄dem.ꝙ
in his que ſũt in ſui natura ſimoniaca:vt
illa que erant in veteri teſtamẽto:vt ven
dere ſacramẽta ꝛ hmõi ſpũalia:nõ excu-
ſat autoritas pape. In his ꝟo que ꝑ cõ-
ſtitutionem eccleſie ſimoniaca ſunt excu-
ſat:quia poteſt in talibꝫ diſpenſare. Uñ

dicit Tho. Si pro aliqua re ſpũali reci-
peret pecuniã ſiue de bonis eccłie ſiue de
bonis laicorũ: non careret vicio ſimonie.
licꝫ eñ res eccleſie ſint ipſius vt diſpẽſa-
toris principalis:non tamẽ ſunt ipſi⁹ vt
dñi.Quidã tamen doctores iuriſcanoni
ci aliter dicunt. Et notanduꝫ vt ponitur
lxxix.di. Siquis pecuniã. in glo.ꝙ lꝫ ꝓ-
beẗ papam ꝑ ſimoniã fuiſſe electũ:nõ ꝓ-
pter hoc deponeẗ: dum tamẽ a cardina-
libus fuit electus. ſecus eſſet ſi eligereẗ a
non habentibꝫ poteſtatẽ eligẽdi. Itẽ ſci-
endum ꝙ ſi eccleſia parochialis redimat
decimã ab illo qui eam indebite detinet:
nõ cõmittit ſimoniã: ſm Rod.Cum q̄a
cuilibet ius ſuũ redimere licitum eſt. Tũ
quia non dat tẽporale pro ſpũali: ſed tñ
tẽporale pro tẽporali.ſ.pro fructibꝫ deci-
marũ. nam ius ſpũale ꝑcipiẽdi decimas
manet ſꝑ apud eccleſiã. Quid de mo- §.xvj.
nachis qui dant aliquid abbatibꝫ ꝓ ha-
bendis prioratibus ꝛ hmõi: Reſpondet
Rod.ꝙ ſimonia eſt quãdocũꝗ eſt ibi ali
quid ſpirituale:ſi pro notat appreciatõeꝫ
vel cauſam ꝓximã ꝛ p̄ncipalem.et ideꝫ ſi
darent ep̃o pecuniã ne remouerenẗ a pri
oratibus vbi eſſet vtile ipſos remoueri.
An modica quãtitas pro re ſpirituali §.xvij
ex pacto data ſimoniã inducat: Reſpon-
det Gof.ꝙ ſic.Sex ſolidi eñ faciũt ſimo
niam.e.ti.Ex tue. quos q̄dam dedit ar-
chidiacono qui aliter nolebat eum ad ſa
cerdotiũ preſentare.et op⁹ eſt reſignatiõe
eius quod taliter eſt queſitũ.vbi aũt mu
nus aliquod corrupta intentiõe daẗ ſine
pacto:ſimonia cõmittiẗ mẽtalis ſeu quo
ad deum.que tamẽ ſine reſignatione exe
cutionis ordinis vel beneficij collati pur
gaẗ ſola penitentia:ſm Gof.e.c.vl.
Circa munera notandũ ꝙ valde inhu §.xviij.
manũ eſt a nemine velle recipe: ſed om̃ia
ab omnibꝫ viliſſimũ.ff.de offi.proconſu.
Solent.Poteſt aũt ſuſcipi quod ſponte
offerẗ.j.q.j. Quicq̄d. Si aũt dubiteẗ an
gratis vł corrupta intentiõe deẗ: tria ſũt
p̄cipue attendenda.ſ. dantis ꝛ recipiẽtis
qualitas.ſ.an a pauꝑe vel a diuite pau-
peri vel diuiti. Item munerꝭ quantitas
Tertio donationis tẽpus:an ſcꝫ inſtan-
te neceſſitate:vel alias.et ſm hoc habẽda

preſumptio pro vł contra.e.ti. Etſi q̄ſti-
ones. Ubi papa ſcribit cuidã archiep̄o
cuius frater equum vnũ trãſmiſerat cui-
dam cardinali qui pro ei9 electione et ad
dandum ſibi palliũ ad partes illas acceſ
ſit: qđ non fuit magnum attẽta fratrꝫ ſui
abundantia ⁊ liberalitate: ⁊ cardinalis q̄
p mare venerat neceſſitate. Illud quoq̄ʒ
verbum Eſa.xxxiij. Beatus qui excutit
manus ſuas ab omni mũere. de illis do-
nis dictum eſt que accipientꝫ animũ alli-
cere vł inuertere ſolent. In encenijs autẽ
modici p̄cij non cõſueuit rhomana eccle-
ſia interptari accipientẽ delinq̄re vel do-
nantem.e.ca. Quia vt ibi dicit glo. Non
eſt veriſimile q̄ ppter hmõi modica aliq̄s
moueret ad aliq̄d iniquũ faciendũ: cuiuſ
modi ſunt eſculentũ ⁊ poculentũ qđ con
ſumi poſſit infra triduũ.ff. de officio p̄ſi-
dis plebiſcito. Thomas tñ dicit q̄ i par-
uis ⁊ magnis mũeribꝫ ſimonia cõmittit
apud deum qui cor videt ſi animus iudi
§.xix. cis inde flectat. Utrum liceat alicui p
ſe petere beneficium? Reſpõdet Tho. q̄
ſiquis indigeat: poteſt petere beneficiũ
non habens curam aniaꝝ. Si vero habe-
at curam animaꝝ: eſt p̄ſumptuoſum pe-
tere. nec tamẽ ſibi eſt ſimonia: niſi pro tã-
to q̄ ex ipſa p̄ſumptione indignus reddi
tur. Rod. vero gloſator Raymundi dicit:
q̄ hec opinio videt dura. Unde credit q̄
aliq̄s pro ſe petere poteſt (niſi ſit idign9)
beneficium habẽs curam animaꝝ aune-
xam: exẽplo Eſaie dicentꝫ. Ecce ego mit
Nota te me. Quid de his qui cõſanguine-
is ſuis cõferunt beneficia p̄ncipaliter ppť
conſanguineitatẽ. Dicit Tho. in.ij.ij. ta-
lem collationẽ eſſe illicitam: non tamẽ ſi-
moniacã. quia cõferens nihil recipit. Si
tamẽ aliq̄s det beneficiũ alicui tali pacto
vel intẽtione vt exinde ſuis cõſanguineis
prouideat: eſt manifeſta ſimonia. ar. extra
§.xx. e. Nemo. Utrum vendẽtes vel emen-
tes admiſtrationẽ rerũ eccleſiaſticaꝝ ſint
ſimoniaci? Reſpondeo q̄ ſic. e. Cõſulere.
j.q.iij. Saluator. Ubi procuratores rerũ
eccleſie et defenſores cenſent ſimoniaci ſi
per pecuniam cõſtituant. ſup quo in glo.
ponunt varie opiniones. Nomie aũt p-
curatoris intelligit quilibet adminiſtra-
tor vel diſpenſator rerum eccleſiaſticarũ:
vt p̄poſitus: iconomus. Uicedomin9 q̄
tria ſepe ſumunt pro eodẽ. vicedominus
tamen ppie dicit ille qui p̄eſt rebus epi-
ſcopi. Nomine vero defenſoris intelligitur
iudex ⁊ aduocatus qui etiam dicitur ſyn
dicus. Dicit tamen Rodoñ. q̄ prepoſitu-
ram vł baliuiã temporalẽ cum iuriſdicti-
one temporali dare ſolent ad firmã Epi
ſcopi ſicut et principes ſeculares.
Utruʒ domini temporales licite poſ- §.xxj.
ſint vendere officia temporalia ſubditis?
Reſpondet Thomas in quadã epiſto-
la miſſa ad duciſſam Brabãtie q̄ ſic: cũ
non cõmittat ipſis niſi poteſtas tẽpora-
lis: dum tamẽ illi quibus vendunt ſint
vtiles ad huiuſmodi officia exercenda: et
q̄ non ſit tantum p̄cium quin recupera-
re poſſint ſine grauamine ſubditorum.
Expedientius tamen eſſet bonos ⁊ ido-
neos ad huiuſmodi officia eligere: illos
q̄ʒ etiam inuitos ad ea ſuſcipienda cõpel
lere. quia per eorũ bonitatẽ et induſtriaʒ
magis accreſceret vtilitas dominis ⁊ eo-
rum ſubditis q̄ʒ de predicta venditione
valeant acq̄rere. Sepe etiam illi qui of-
ficia emunt mali ſunt ⁊ ſubditos oppri-
munt. et hoc cõſilium dedit Moyſi cog
natus eius Jetro Exodi.xviij. Prouide
inquit de cõmuni plebe viros ſapientes
et timentes deum ⁊ qui oderint auarici
am: et conſtitue eos tribunos et centuri-
ones qui iudicent populũ. Epiſtola pre-
dicta ponit in Bartolina in illa di. Tal
lia. Notandum ſm Raymundũ q̄ ſi- §.xxij.
monia cõmittit quandoq̄ʒ tm̃ ex p̄te con
ferentis: vt quando conferens mihi ali-
quid ſpirituale: puta ordinem vel benefi
cium recipit temporale me ignoro. Aut
ex parte recipientis tm̃: vt ſi recipiens or-
dinem det aliquid conſiliario conferen-
tis. Aut ſimonia cõmittit ex parte vtri-
uſq̄ʒ: quando ordinandus dat ordinan-
ti. Aliquando cõmittitur ex parte neu-
trius: vt ſi amicus meus me ignorante
det aliquid amico vel conſiliario Epiſco
pi vt me ordinet. et hec Epiſcopo igno-
rante. j. q̄ſtione. j. Statuimus. et ca. Si

quis a ſimoniacis. Eſt autẽ mediator ſi-
monie ſimoniac⁹. ꝓma q.iij. Saluator.
Nullus clericus dz ꝑce ꝑcio vel fauore ce
lare epiſcopo peccatũ publicũ parochia-
ni ſui. vel etiã minus digne penitentẽ re-
cõciliare ⁊ ei de hoc teſtimoniũ ferre. vel
digne penitentẽ repellere. alias ſimoniaz
§.xxiij. cõmittit. extra e. Nemo. Quid de his
qui emũt victũ vnius monachi ad totaz
vitam ſuã. Rñſio ſm Bern. nõ eſt ſimo-
nia ex quo emptor nõ ꝯſequit̃ aliqđ ſpũa
§.xxiiij. le. Quid ſi clericis ꝯſueuit habere le-
ctũ ⁊ hmõi de moriẽte: ⁊ anteq̃ portetur
ad eccleſiam faciũt pactũ de redimendo
Rñſio ſm Hoſtiẽ. q: hec tꝑalia ſunt: lici
tum eſt: ſed ſi nollet ſepelire corpus niſi fi
eret cautio đ redimẽdo talia: ſimonia eſt.
ſed in talib⁹ prius ſepeliat̃ corpus: ⁊ poſt
ea agatur ꝯtra heredes vel detentores.
§.xxv. extra e. Ad apoſtolicã. Quid ſi habens
lr̃as ſup ꝓuiſione alicuius beneficij reci-
piat aliquã penſionẽ vel aliqđ beneficiũ
vt renũciet lr̃is. Rñſio ſm Hoſtieñ. ſi ex
pactione partiũ pro aliquo tꝑali fiat
hmõi renũciatio: ſimoniacũ eſt. ſi vero fi-
at ex officio iudicis. extra de prebeñ. Niſi
eſſent. vel bonis viris mediantibus renũ-
ciet pure. i. abſq; pacto ſũmittendo ſe gr̃e
aduerſarij. ⁊ ex altera parte aliquid tẽpo-
rale detur ei: nõ eſt ſimonia: vt colligitur.
extra de renũciatione. Sane. ⁊ ca. Clem-
§.xxvj. ens. extra de pactis. Cũ pređ. Quid ſi
aliquis dignus ꝓmoueri: aliqđ dat ianí
tori vt eũ ꝑmittat intrare ad ep̃m ad pe
tendũ ꝯfirmationẽ electionis vel aliquid
hmõi. Rñdz Rođ. ꝙ nõ eſt ſimonia ſi ñ
det corrupta intentiõe. ſcz vt per interceſ-
ſionem illoꝝ quib⁹ dat ꝯſequat̃ qđ intẽ-
dit. Non eſt etiam ſimonia ſi det aliquid
familie ep̃i ne videat̃ auarus: ⁊ vt facili⁹
habeat acceſſũ ad ep̃m. aut vt de largita
te laudet̃: licet ibi poſſit eſſe iactantia vel
§.xxvij. inanis gloria. Quid ſi ep̃s dicat. pro-
mitto tibi ꝙ ꝓuidebo tibi vel filio tuo de
beneficio ſi deſiſtas a tali peccato: vel ſi
bonus fueris ⁊ honeſt⁹. Rñdeo tale pa-
ctum eſſe licitũ cũ hmõi ꝯditio ſit ad dei
gloriam ⁊ honorẽ. vt dicit Rich. Notan
dũ ꝙ iuſpatronatus quod eſt poteſtas
clericum preſentandi ad officia eccleſiaſti

ca vendere non licet in ſpeciali. ſed tranſit
cum vniuerſitate ſeu cum hereditate vel
beant: ⁊ vn⁹ vaſtat terrã alteri⁹: et aliqñ
cõtingit q vn⁹ conuocat aliũ corã ſupio/
ri pncipe ad duellũ ⁊ alius ſtatiȝ recipit:
ſi iudex in tali caſu ꝓbabiliter videat q
predicta vaſtatio ſubditoꝝ innocentuȝ ꝑ
duellum iſtud debeat termiari: nõ videt
peccare tale duellum ꝑmittendo. quia et
qui habet curam alicui⁹ cõitatis licitum
eſt miora mala ꝑmittere ad euitãdũ ma/
iora. ſicut licite ꝑmittunt meretrices in ci
uitatib⁊ ne oia turbent libidinib⁊: vt dicẽ
Aug⁹. et ſic de caſibus ſimilibus. Huic
aũt dicto videt ꝯcordare dictũ ſci Tho.
in ſua ſũma. xcv.q.ar.viij. vbi dicit q qñ
in duello nõ expectat aliqs euentus mi/
raculoſus: tũc tale duellũ appropinquat

ad cōmunē ratione ſortium. Sortib⁹ aūt vti licitum eſt in plurib⁹ caſib⁹: vt ipſe dicit ibidem. Hec Lyra. Quid de clericis illis qui reliquias afferunt pugilib⁹ ad iurandū: nunquid irregulares fiunt ſi ſequitur homicidiū i illo duello? Videt Raymundus innuere q ſic. qr videt coadiuuare ad hoc q fiat duellum: ſicut illi qui dant benedictiões. Hoc aūt ſm Rob. dicere durum videt: lz dicere contrariuz nō ſit tutum. Quidam vo dicūt q ſi ſine talibus reliquijs z būdictione nō fieret duellum: incurrūt irreglaritatē. als aūt nō. quib⁹ cōcordat illud quod dictum eſt prius de participantib⁹ cum excōmunicatis in crimine. Utrū milites qui in bellis fuerint poſſint ad ordies pmoueri. Reſpondet Ray. q ſi interfuerint bello licito: nec ibi occiderint aliquem: nec mutilauerint: nec cauſaz mortis dederit: poterūt promoueri ſi alias ſunt idonei. Si vo in bello illicito: z hoies ſunt ibi occiſi: etiāſi non p iſtos: eis imputat pter culpā pcedentem: z ita non poterint pmoueri. xv. q. ij. ca. vi. extra de clerico pcuſſore. Principium. et de homicidio. Cōtinebat. De quo vide in Aſtexa. li. vj. ti. xiiij. Clerici poſſunt hortari ad pugnam in iuſto bello cōtra hoſtes. In ppria tamē pſona pugnare non poſſunt vt dicit Ber. extra d homicidio. ca. penul. allegans ſuper hoc multa iura. Raymun. aūt concordās dicit q prelatus eccliaſticus ob defenſionē rerū eccliaſticaz poteſt inuocare z hortari cōtra violentos brachiū ſeculare: z etiā poteſt eos ſequi exhortando ipſos nō vt occidant vel vulnerent: ſed vt eccleſiaz: fidē: z patriā liberent z defendāt. et lz hinc inde aliq occidant: nō eſt plato vel eccleſie impurandū: imo peccaret niſi cōtra tales ſe opponeret.

q. x. j. §

c Irca irregularitatem Notādū ſm Sco. q Irregularitas eſt inhabilitas ad ſuſceptionem et executionē actuum ordinum. Incurrit aūt a iure ex qbuſdam criminib⁹: z ex qbuſdam nō criminib⁹: et ex qbuſdam que qñq poſſunt eſſe crimina quādoq nō crimina. Ex criminib⁹ qtuor ptinentibus ad ordines vel actus eorum: quoz vnum eſt Simonia. Cū illo enī qui ſcit ſe ſimoniace ordiari: ſolus papa poteſt diſpenſare. de q dictum eſt ſup. Secundū eſt furtum in ordine. De q diſtinguit. quia aut phibet p excōicationē nequis accedat niſi de iſto epiſcopatu et pus legitime examinatus z recept⁹: aut nō eſt talis excōicatio vel prohibitio. In vtroq caſu ſe furtiue ingerens eſt irregularis. ſed in pmo non diſpenſat niſi p papam. In ſecundo diſpenſat per epiſcopū extra de eo q furtiue ordies recipit in textu z in glo. Tertium crimē eſt miniſterium in ordine nō ſuſcepto. extra de clerico nō ordinato miniſtrante. Quartū eſt contumacia in nō obſeruando penas eccleſiaſticas. ſ. excōicationem: ſuſpenſionē: aut interdictū: puta celebrando in excōmunicatione maiori extra de clerico excōmunicato vel depoſito miniſtrante. de qb⁹ ſupra dictum eſt. Incurrit etiam irregularitas circa non crimia: vt ſunt enormis mutilatio vel infirmitas: illegitimitas et ſeruitus. Seruus enī nō eſt ordinādus qa eſt poſſeſſio dñi. et ideo nō debet ab eo auferri ipſo inuito. q ſi de facto fuerit ordinatus dño inſcio nec de nolle cōſentiente: debet ſibi reddi. nō tamē debet ſeruire niſi in actibus decentib⁹ ſtatum ſuū.

Incurrit inſup circa illa que qñq ſūt crimina: qñq non: vt homicidiū z bigamia. ſub homicidio cōtinet mutilatio actiua alterius homis. de quo dictum eſt ſupra. De bigamia dicet in materia de matrimonio. Hec Scotus. Notādū q illud qd dictum eſt de clerico nō ordinato miniſtrāte: intelligit de miniſtrante ſolenniter. Si enī aliqs in minorib⁹ exiſtens dicat epiſtolā ſine ornamētis ſubdiaconi: non incurrit irregularitatē. extra d vita z hone. cle. Ut quiſq. Dicit autem Ber. epiſcopū poſſe cum tali diſpenſare. Aſter. aūt et Bartolina tenent oppoſitū quod videt cōſonum ſecūdo ca. de clerico non ordinato miniſtrāte. Notandū inſup q irregularitas tam publica q̄z ſecreta impedit etiam poſt pniam de pctō pter qd incurritur: niſi ſup ea diſpenſet. Itē notandū ſm Thomā in. iiij. q ordi

Irregularitas eſt. z qñ contrabatur.

nans ſcienter indignũ mortaliter peccat. q2 infidelis eſt dño ſuo: cõmittens indigno eius miſteriũ: p̃cipue cum hoc vergat in detrimẽtuʒ eccleſie ꝛ honoris diuini q̃ per bonos ꝓmouet᷑. Etiã nõ poſſent tot boni miniſtri inueniri: melius eſt habere paucos bonos q̃ multos malos.

q. xi. q. j. **Via decime viris** ecclesiaſticiꝭ debentur: de ipſis ſunt aliqua breuiter dicenda.

De decimis. Et p̃mo Vtrũ in decimis excuſet cõſuetudo de nõ ſoluẽdo: Dicũt Ray. ꝛ Gof. in hoc allegãtes theologos ꝙ decime quedam ſũt ꝑſonales: que .ſ. debent᷑ ex negociatione: artificio: ſcia: vl᷑ militia. Quedã ſunt p̃diales: que ꝓueniũt ex ipſis p̃diis ſeu ex aialibꝰ que in ipſis paſcunt᷑. Decime aũt ꝑſonales nõ de iure diuio ſicut p̃diales: ſed p̃cepto hoĩs debent᷑. Nã Leuiticũ vl᷑ tm̃ fit mẽtio de p̃dialibꝰ. et ſic cũ conſuetudo ius humanũ tollat: liberat a culpa nõ ſoluentes illas. Vñ neceſſario ille decime ſunt ſoluẽde que debent᷑ ex lege diuina vl᷑ loci ↄſuetudine approbata. extra e. In aliqbꝰ. Dicit᷑ aũt conſuetudo approbata cõſuetudo rõnabilis ꝛ p̃ſcripta. Scd̃m aũt Alexã. Tho. ꝛ Rich. p̃ceptum de decimis eſt de iure nature et diuino q̃ ad oẽs: accipiẽdo decimã ꝓ aliqua portione neceſſaria ad ſuſtentationẽ miſtroꝝ eccleſie. Ratio em̃ naturalis dictat: vt his q̃ diuio cultui miſtrant populus neceſſaria tribuat. ſed accipiẽdo decimã pro tali ꝑte determinata: nõ eſt de iure diuio niſi quo ad filios iſrl᷑. et erat p̃ceptum iudiciale ꝑtinens ad eq̃litat᷑ inter hoies cõſeruandã. q2 tribꝰ Leuitica diuinis myſteriis mãcipata poſſeſſiões non habebat. Vñ eccleſia penſans opportunitatibꝰ tẽpoꝝ ꝛ ꝑſonaꝝ potuit aliã partẽ ſoluendã determiare. Et addit Tho. ꝙ lʒ eccleſia poſſit req̃rere decimas: tamẽ laudabiliter nõ req̃rit eas in locis vbi ꝓpter diſſuetudinẽ vel aliã cauſã ſine ſcandalo requiri non poſſunt. Nec tñ illi qui nõ ſoluunt in locis illis ſunt ex hoc in ſtatu damnationis: niſi forte ꝓpter obſtinationẽ habentes volũtateʒ nõ ſoluẽdi etiã ſi ab eis peterent᷑. Rich. q̃ʒ dicat ꝙ in maiori parte Italie non ſoluunt᷑ decime: nec tñ eccleſia ꝓcedit ↄtra eos cõpellẽdo eos ad ſolutionẽ. Rod. aũt dicit ꝙ qñ nulla decima ſoluit᷑: videt᷑ ꝙ dñi p̃dioꝝ manu hereditariꝰ ſoluerint eccleſie decimas ꝛ eis deinceps eccleſia redonauerit. Dicit etiã ꝙ lʒ non excuſet cõſuetudo ſola: excuſat tñ cõpoſitio vel remiſſio facta ab eccleſia expreſſe vel tacite ex hoc ꝙ ꝑ tẽpus cuiꝰ non extat memoria pacifice ꝛ q̃ete ſuſtinuit ꝙ nihil ꝓ decima ſolueret᷑. nec eccl᷑ia põt petere cõtra compoſitionẽ vel remiſſionem p̃dictã: niſi ad inopiã redigat᷑: vel niſi fiat autoritate pape ex certa ſcientia p̃dicta reuocantis. Vtrũ laici licite poſſint recipe decias: Rñdeo ꝙ ſic: ex p̃uilegiis eccleſie rhomane. vel ſi eis fuerunt in feudum ab eccleſia ab antiq̃ conceſſe: dũmõ eccleſiam defendant ſicut fideles vaſalli. Non poſſunt aũt a tempore Lateraneñ. concilii in feudum cõcedi ab alio q̃ a papa: vt dicit Raymũ. extra e. Prohibemus. Q, ſi ncia᷑ de decima quam tenet miles vtrũ ſit de antiq̃s dans in feudum an illud cõcaliũ vel non: dicit Rod. ꝙ ſi a tpe ex quo ñ extat memoria miles hmõi et anteceſſores eius q̃ete ꝛ pacifice tenuerunt eam: recognoſcẽtes ſe tenere ab eccleſia mediate vel immediate: ꝛ reddẽtes ei debitũ obſequiuʒ vel aliq̃ noie eius: p̃ſumendũ eſt benigna interp̃tatiõe ꝙ ſit de antiq̃s. ar. xij. di. j. al᷑as nõ eſt p̃ſumendũ ꝙ iuſte teneat. Vtrũ laicus tenẽs decimã ab eccleſia in feudũ poſſit ipm̃ feudũ in aliũ laicuʒ trãſferre: Rñdeo ſm̃ Ber. ꝙ ſic: de cõſenſu epi. Qd̃ videt᷑ intelligẽdũ de decimis q̃ tenent᷑ imediate ab eccleſia. In aliis auteʒ videt᷑ ſufficere cõſenſus dñi cui fit homagiũ. Si vero nõ ſit in feudum ſed de facto tenet: nec in laicos: nec in clericos trãſferre poteſt: etiã de cõſenſu epi. extra de his q̃ fiũt a p̃latis ſine ↄſenſu capli. Apl᷑ica. et ð decimis. Prohibemus. Decime p̃diales dari debent non deductis expẽſis in illis que fiunt ꝓ fructibꝰ colligẽdis. extra e. Cu homines.

Vtrũ debeãt ſolui decime in vinea vl᷑ p̃dio: vel an debeant ad eccleſiam deportari: Hoſtienſis dicit ꝙ in hoc debet ſeruari ↄſuetudo. extra ð ſepul. Certificari.

Utrũ clerici teneant dare decimã de
cime pape: Reſpondeo ſm Tho. ꝙ ſic: ſi
exigat. ſicut in antiq̃ lege leuite ſoluebant
decimã decime ſũmo pontifici. Quid
ſiq̃s lõgo tpe recepit vl' retinuit decimas
indebite: et nunc veniẽs ad ſatiſfactionẽ
poſtulat ſibi remitti: Reſpondet Hoſ. ꝙ
talis debet ſm poſſibilitatẽ ſuam reſtitu
ere: ꝓuiſo tñ ꝙ ei remaneat vñ poſſit vi
uere. q2 q̃cquid habẽt clerici: pauperum
eſt. xvj. q. j. ca. vl. Debet etiã ꝓponere to
tum reſtituere: ſi ad pinguiorẽ fortunam
venerit. extra de ſolutiõib9. Odoardus.
Scd̃m aũt Hoſt. poſſet tali ſi eſſet pau
per fieri remiſſio p epm. ar. cã. q̃ſtiõe ⁊ ca.
pal. Scd̃m ſo Rod. poſſet etiã fieri re
miſſio diuiti: ex q̃ vult eccleſiã iuri ſuo re
ſtituere. Scd̃m etiã Ber. extra de reb9
eccl'ie nõ alienan. pro decimis ſubtractis
aut retẽtis poſſent p diuitẽ aſſignari red
ditus eccleſie. Religioſi tã exempti q̃
nõ exempti de terris ⁊ poſſeſſionib9 adq̃
ſitis ⁊ adq̃rẽdis tenent' ſoluere decimas
integre illis q̃bus eedem poſſeſſiones et
terre fuerãt decimales. extra e. Statuto.
li. vj. et hoc niſi habeant aliud ex ꝑuil'.

Siquis tenet in feudo decimas: nun
quid ꝓpter hoc recipiet decimas nouali
um: R̃ndeo ſm Ray. ꝙ non. ſed debent'
eccleſie parochiali. q2 h' mõi poſſeſſiões ⁊
ꝑuilegia artãda ſũt ⁊ nõ ampliãda. extra
e. Tua. niſi ſint religioſi qui ex priuilegio
decimas recipiant: q2 etiã ꝑcipent deci
mas noualiũ. extra e. Ex pte. Sec9 eſſet
ſi non ex ꝑuilegio ſed ex p̃ſcriptione illas
recipent. extra e. Cũ cõtingat. tunc em̃ nõ
eis ſed eccleſie decime noualiũ ſoluende
ſunt. Dicit' aũt nouale: ager de nouo ad
cultũ redactus de q̃ nõ extat memoria ꝙ
aliq̃n cultus fuiſſet. extra de verboꝝ ſig.
Quid p nouale. Ubi d' glo. ꝙ illud qd̃
ſemel fuerit nouale ſp erit nouale q̃tum
ad ius deciaꝝ. extra e. de ꝑuil'. c. vl. Qui
dam tamen aliter dicũt. Ad ca. aũt alle
gatum poſſet dici ꝙ tm̃ loquit' de religi
oſis q̃ habebant ꝑuilegiũ de non ſoluen
dis decimis terre p eos nouiter ad cultu
ram redacte: q̃ debet ꝑpetuo quo ad im
munitatẽ de nõ ſoluẽdis decimis noua
lis iure cẽſeri. q2 alias nũq̃ cõtingeret hu

iuſmodi indulgentiã plus eis diſpendiũ
q̃ vtilitatis cõferre: vt ibi d'. puta ꝓpter
magnas expẽſas q̃s fecerãt illam terram
inutilem: montanã ſcʒ vel paludoſam re
ducẽdo ad culturã. Hec aũt ratio nõ ha
bet locũ in alijs noualib9. Licʒ aũt Ber.
in glo. allegata ſup c. Quid p nouale. vi
deat' loqui vniuerſaliter de iure decima
rũ ſcʒ ipſas ꝑcipiẽdo vel nõ ſoluẽdo. For
te tñ ſolũ intelligit de iure decimaꝝ q̃ ad
ipſas nõ ſoluẽdas a religioſis ſupra dictis.
Nec plus valet cõcludi ex vltio ca. de ꝑ
uil'. p ip̃m allegato. Ad h' facit glo. eiuſ
dem ſup illõ ca. Jus ꝑcipiendi decimas
non poteſt a laicis p̃ſcribi. extra de p̃ſcp.
Cauſam. ſed bene a cleric̃. extra de p̃ſcp.
De quarta. et etiã a religioſis ſi habent
parochias. extra e. Cum contingat. et c.
Cũ in tua. Qui diu decimas non ſoluit
et nũc vult ſoluere: nõ debet ſoluere illis
qui ex ſola p̃ſcriptiõe decimas hactenus
ꝑceperũt: ſed eccleſie parochiali: ſm Ro
donen. An debeat dari decima de re
bus minutis: Reſpondeo ſm Thomã:
ꝙ lex vetus non determinauit vt de hu
iuſmodi minutis rebus puta de herbis
q̃ in horto naſcunt' decime dent'. ſed reli
quit hoc arbitrio dare volentium: q2 mi
nima quaſi nihil cõputant'. Unde phari
ſei quaſi ꝑfectã legis iuſticiam ſibi aſcri
bentes: etiam de his minutis decimas
ſoluebãt: nec de hoc reprehendunt' a do
mino: ſed ſolum de hoc ꝙ maiora id eſt
ſpiritualia p̃cepta contemnebant. Ma
gis aũt de hoc cõmendabiles eſſe oſten
dit dicens: Hoc oportuit facere. ſ. tem
pore legis: vt Chryſoſtom9 exponit. qd̃
etiam videtur magis in quandã decen
tiam ſonare q̃ in obligationẽ. Unde et
nunc de huiuſmodi minutis non tenent'
homines decimas dare: niſi forte ꝓpter
conſuetudinẽ patrie. Quid ſiquis ha
beat domiciliũ in vna parochia ⁊ colat
agros in alia: vel aliq̃s paſtor ducit gre
gem per aliquam partẽ anni in terris vni
us parochie et alia parte anni in terris al
terius: vel habet ouile in vna parochia ⁊
paſcit oues in alia: Reſpõdeo ſm Tho
mã: ꝙ decime perſonales debent' eccleſie
in cuius parochia homo habitat. Deci

me ꝓ ꝑdiales rationabiliter magis vi/dentur ptinere ad eccleſiam in cuius ter/ris predia ſunt ſita. tamen iura determi/nãt ꝙ in hoc ſeruetur cõſuetudo diu ob/tenta. Paſtor aũt qui in diuerſis ꝑrochijs gregem paſcit in duabus parochijs: de/bet ꝓportionabiliter vtriꝗ eccleſie deci/mas ſoluere. et qꝛ ex paſcuis fructus gre/gis prouenĩũt: magis debet decima gre/gis eccleſie in cuius territorio grex paſcit ꝗ̃ vbi ouile locatur. Hec Tho. Quidã aũt dicũt in caſu vltimo ꝙ decima debet diuidi inter eccleſiam vbi grex paſcitur ⁊ ꝓpriam. In hoc tamen eſt ꝯſuetudo ob/ſeruanda. De remũeratione ſoluẽtiũ de/cimas dicit Auguſtin᷒. Si decimã de/deris non ſolum abundantiaꝫ fructuum ſed etiam ſanitatẽ corporis conſequeris. Idem. Cum decimas dando ⁊ celeſtia et terrena promereri poſſes: pro auaricia tua duplici bñdictione te fraudas: Da/bis impio militi quod non vis dare ſa/cerdoti.

di. xxvi q. j. §. j.

Irca diſtin

ctionem. xxvj. quero Vtruꝫ matrimoniũ fuerit a deo im/mediate inſtitutũ. Q᷒ non. qꝛ fuit inſti/tutum per Adam dicẽtẽ Gen̄. ij. Relin/quet homo patrem ⁊ matrẽ ⁊c̄. Con/tra. Math. xix. Quod deus coniunxit: homo nõ ſepet. Reſponſio. Matrimo/nium fuit a deo inſtitutum cum adduxit Euam ad Adam dicẽs: Creſcite ⁊ mul/tiplicamini. Quã inſtitutioneꝫ Adã deo inſpirante tanꝗ̃ eius preco explicauit di/cens: Relinquet homo patrẽ ⁊ matrẽ et adherebit vxori ſue. in ꝗ deſignatur bonuꝫ inſeꝑabilitatis. et bonum prolis: cum di/cit: Et erunt duo in carne vna. ſ. vni᷒ pu/eri procreanda. Fuit aũt matrimoniũ ãn lapſum in officiũ prolis procreande. poſt lapſum ꝟo vltra hoc fuit in remediũ cõ/cupiſcentie ad fornicationẽ vitandã: que concupiſcentia etiam diminuitur per gra/tiam que in baptiſmo ipſum debite ſuſci/pientibus confertur. Fuit quoꝗ matrimo/nium in precepto quouſꝗ facta fuit mul/tiplicatio ſufficiẽs hominũ ad cultum di/uinum. et erat preceptum affirmatiuum obligans ſemper: ſed non pro ſemper. et hoc inq̃ntum erat in officium prolis pro/creande: non autẽ inq̃ntum erat in reme/dium concupiſcentie que melius tempe/ratur per exercitium meditationũ et affe/ctionum ſpiritualiũ ⁊ deguſtationẽ cele/ſtium ac macerationẽ corporiũ: ꝗ̃ per ma/trimonialẽ actum. quia vt dicit Bernar/dus in epiſtola ad ꝓpꝛios parentes: Gu/ſtato ſpiritu neceſſe eſt deſipere carnem: affectanti celeſtia: terrena nõ ſapiunt. eter/nis inhianti faſtidio ſunt tranſitoria. Et licꝫ matrimoniũ fuerit inſtitutũ ante nõ/uam legem: eſt tamẽ ſacramentum noue legis in qua non eſt euacuatũ ſed confir/matum et factuꝫ gratie cauſatiuũ quam antea non conferebat. De quo Math. xix. Confertur autem in expreſſione conſen/ſuum per verba de pñti: vel per alia ſi/gna. vt cum dicitur: Accipio te in vxorem: et econuerſo. Et eſt ſignum efficax niſi po/natur obex peccati mortalis gratioſe cõiun/ctionis animoꝝ. Benedictio ꝟo ſacerdo/tis non ptinet ad eſſentiam huius ſacra/menti: ſed eſt quid ſacramentale ad eius ſolennitatem ꝑtinens. Eſt autẽ indiſ/ſolubilitas copule matrimonialis euidẽ/ter conſona legi nature: vt dicit Scot᷒: cum vaga coniunctio maris cum femia ſit contra bonum ꝓlis ⁊ contra bonuꝫ ci/uitatis. Primũ probatur. quia tunc parẽ/tes non haberent determinatã noticiam ſue prolis: ſaltẽ pater: et ita non eſſet ſol/licitus ſue proli debitam impendere di/ſciplinam: nec e cõuerſo proles patri de/bitam reuerentiam et timorem filialem propter quem filius magis obedit patri et ab eo facilius eſt diſciplinabilis ꝗ̃ ab alio. Secundum patet. quia amicicia ci/uium eſt vt plurimũ ex determiata pro/pinquitate in certo gradu: ſed tunc nul/la eſſet propinquitas certa que eſſet cau/ſa amicicie. Ad argumentum in op/poſitum patet ex predictis. Adam enim dixit illud verbum: non matrimonium inſtituendo: ſed eius inſtitutionem tan/ꝗ̃ preco explicando. §. ij.

Notandũ ꝙ virginitas prefertur matri/monio. Vt em̄ ait Hiero. virginitati ati/ De vir ginitate.

tribuit fructus centeſimus: viduitati ſe-
xageſimus: matrimonio triceſim⁹. Mat
thei.xiij. Eſt aūt virginitas ꝓpoſitū ꝑpe
tue incorruptiōis carnis. Integritas carnis
carnis nō ſufficit ad virginitatē ſine tali
ꝓpoſito tollitur vero ꝑ ſeminis effuſionē
ex mētis ꝓpoſito ꝓcedentē. Si autē talis
reſolutio ſeminis accidat preter mentis
ꝓpoſitū: vt dormiēdo: vel ꝑ violētiā illatā
cui mens nō ꝯſentit licȝ caro delectetur.
vel ex īfirmitate nature. vt patȝ in his qui
fluxum ſeminis patiunt: nō amittit vir-
ginitas. Hec Tho. in ſcd̄a ſcd̄e.

Circa diſti-

di.xxvij c ctionē.xxvij. Quero vtrum
ad cōtrahendū matrimo-
niū neceſſarius ſit viri ⁊ mulieris conſen-
ſus. Videtur ꝙ nō. qꝛ cū nūq̄ poſſit con
ſtare de vero ꝯſenſu: nūq̄ poſſent hoīes
eſſe certi vtrū cēnt vere mr̄imōi aliter ꝯiū
cti. Cōtra. extra de ſponſalib⁹. Tua nos.

Rn̄ſio. Ad hoc vt vere ꝯtrahat ma-
trimoniū requirit mutuus ꝯſenſus inte-
rior per verba de p̄ſenti vel ꝑ alia ſigna
expreſſus. Et dico ꝑ alia ſigna: quia mu
ti poſſunt ꝯtrahere matrimoniū. extra d
ſponſalib⁹. Tue fraternitati. Inter etiaȝ
abſentes ⁊ qui nūq̄ ſe viderūt poteſt con
trahi mr̄imoniū ꝑ ꝓcurationē ⁊ lr̄as ꝯſē
ſus mutuos exp̄mētes dū tn̄ fama vel au
ditu vel aliquo alio modo ſe nouerint.
Cum enī matrimoniū ſit ſacramentū de
cui⁹ ratiōe eſt ꝙ ſit ſignū ſenſibile: oportȝ
ꝯſenſum matrimonialē per verba vel ꝑ
alia ſigna exprimi. Ex p̄dictis patet ꝙ ſi
aliquis ſit ita ebrius ꝙ neſciat quid agat
non valet ꝯtrahere matrimoniū cū aīo
nō ꝯſentiat. niſi qd̄ ī ebrietate fecit poſt-
ea ratū habeat. Si autē ebrietas non ſit
tanta ꝙ vſum rōnis auferat: contrahere
poterit. Idem dicendū de furioſo q̄diu
eſt in furia. poterit tn̄ ꝯtrahere ſi habeat
lucida interualla. Licȝ aūt matrimoniuȝ
ſit viri ⁊ mulieris ꝯiunctio indiſſolubilis
dicit tn̄ matrimoniū a matre: qꝛ maxime
ſibi incūbit officiū nutriēde prolis. Puer
enī dum eſt in matris vtero nutrit eius
ſanguine menſtruo: ⁊ poſt natiuitatē nu-
tritur lacte matris: ⁊ poſtq̄ eſt ablactat⁹
adhuc per magnū tempus magis indi-
bit officiū nutriendi ip̄m matri q̄ patri.
Econtra qꝛ in adquiſitione poſſeſſionis
p̄ncipalior eſt pater q̄ mater: ideo dicit
patrimoniū. Ad argumentū in oppo-
ſitū. Dico ꝙ q̄uis nō poſſit ꝯſtare de ve
ro ꝯſenſu per certā ſcientiā: de hoc tn̄ pōt
ꝯſtare ꝑ ꝓbabilē ꝯiecturā: ⁊ hoc ſufficit.

De ſpōſalibus que q.ij.

d ꝓprie dicunt ſponſio ſeu pro- §.j.
miſſio futuri matrimonij: ſunt
aliqua videnda. Ubi ſciendū ꝙ ſicut ma
trimoniū ꝯtrahit per verba de p̄ſenti: ſic
ſponſalia ꝑ v̄ba de futuro. vt cū vir dicit
accipiā te in meā: ⁊ mulier dicit accipiam
te in meū. Contrahunt autē qn̄q̄ nuda
ꝓmiſſione: quādoq̄ vero etiam ꝑ appo-
ſitionē iuramēti. extra e. De illis. In q̄
etate poſſunt ꝯtrahi: Rn̄deo Poſt ſeptē-
nium. ſi vero alter vel ambo ſint mino-
res ſeptēnio ⁊ ꝯtrahant ſponſalia ip̄i vel
parentes pro eis: nihil agitur niſi poſtea
ratificēt. extra de ſponſatione impuberū.
Si infantes. li. vj. Nec ex hoc inducitur
publice honeſtatis iuſticia. Et nota ꝙ ſi
alter fuit minor ſeptēnio ⁊ alter maior: li-
cet ſponſalia nō tenuerint: etiam ex parte
maioris: qꝛ claudicare nō debent: tamen
quia maior fidem dedit. ex parte ſua tene
tur expectare minorē ſi forte velit ꝑdura-
re in eodem ꝓpoſito. ⁊ ſi nō expectat: tene
tur agere penitētiā de fide mētita. Sed
ꝯtra p̄dicta arguit. quia vt refert Grego.
in. iiij. dialogoꝝ. Quidā puer blaſphem⁹
a gremio patris fuit ꝑ demones captus
⁊ ad infernū tract⁹. ergo ante ſeptenniū pōt
puer mortaliter peccare: multo forti⁹ igi-
tur ſponſalia ꝯtrahere. Ad h̄ dicit Ric.
ꝙ p̄ter ſolitū curſum nature erat accelera-
tus vſus liberi arbitrij in puero illo. Iu-
ra aūt aptant ad ea que vt in pluribꝰ ac-
cidūt. In decem caſibꝰ ſoluuntur ſpon- Spōſalia
ſalia. Primo quādo alter religionē ingre non te-
ditur: ꝑ qd̄ ſoluit etiā matrimoniū nō cō nēt i. x.
ſūmatū extra de ꝯuerſione ꝯiugatorum. caſibꝰ.
Uerum. Secūdo qn̄ ꝯtrahit cum alia ꝑ
verba de p̄ſenti. extra e. Si inter. Cuius
ratio eſt: quia ſi ꝓmiſſuȝ alicui poſtea de

tur alij: tenet donatio q̄uis ſic donans
peccet. Tertio qñ ſe transfert ad regionē
aliam: ⁊ cōuenienti tempore a iudice eccle/
ſiaſtico determinato expectatus nō reuer
titur. extra e. De illis. Quarto quādo al/
ter incurrit lepram vel paralyſim vel ali/
am enormem leſionem. extra de iureiu/
rando. Quēadmodū. Quinto qñ alter
eoꝝ fornicatur. ibidē. Et idem dicendū de
fornicatiōe ſpūali: puta ſi fiat infidelis vł
hereticus. Sexto ſi ſupueniat affinitas vel
cognatio ſpūalis. extra de ꝯſanguinita/
te ⁊ affinitate. Septimo quando alter al
teꝝ abſoluit. extra de ſpōſalibꝫ. Preterea.
Octauo qñ minor ad etatē legitimā ve/
niens diſſentit. Nono ſi ſit fama de ipe/
dimēto inter eos: ⁊ de fama doceatur. De/
cimo vt dicūt quidā ſi ſpōſalibꝫ ſupuenti/
at ſimplex ꝯtinētie votū: ſicut votū ſolēni
zatum p religionis ingreſſum ſoluit ma/
trimoniū nō ꝯſūmatū. Soluūtur autem
in duobꝫ primis caſibꝫ ipo iure. In octo
vero ſequētibꝫ nō ſunt ſoluēda niſi iudi/
cio eccłie. qđ eſt verū ſm Rich. ſi ſint pu/
blice ꝯtracta. Secrete eñ ꝯtracta ſine iu
dicio eccłie diſſolui pñt. cū ſecreta nō ſub
ſint iudicio militantis eccłie niſi q̄ ad foꝝ
penitētie. Soluūtur etiā ipo iure p forni
cationē qñ eſt notoria. vt dicit Hoſtień.
⁊ etiā ſcđm Ioh. in ſūma qñ eſt impedi/
mentū matrimonij pcedētis ⁊ voti ſolē/
nis. de quo dicet. xxxv. diſt. q ij. Et notā
dū ꝙ ſponſalia ꝯtracta pmiſſiōe iuramēto
firmata: ñ ſoluūt ſpōſalia nuda pmiſſiōe
ꝯtracta. Itē notandū ꝙ ſi ſpōſalia ꝯtrahan
tur ſub ꝯditiōe: aut honeſta eſt cōditio ⁊
ꝯtingēs vt ſi dicat vir accipiā te in meam
ſi placeat parētibꝫ meis: ⁊ tunc ſtāte ꝯdi/
tione tenēt ſponſalia aliter non. extra de
ꝯditionibꝫ in deſpōſatiōe appoſitis. De
illis. Hoc eſt verū niſi interim conſenſus
de pñti vel carnalis copula fuerit ſub/
ſecuta: eo ꝙ tales videntur a ꝯditione receſ
ſiſſe. e. ti. ca. Per tuas. De quo queſtione
ſequēti. Aut eſt ꝯditio inhoneſta non tñ
ꝯtra bonū mřimonij: vt ſi dicat vir. Ac/
cipiā te meā ſi furtis meis ꝯſentias: ⁊ tūc
tenent ſponſalia ac ſi facta eſſent abſolute
eodē titulo ca. vltimo. conditio tamen nō
eſt obſeruanda. Et idem dicendū de con
ditione impoſſibili. Tales enim ꝓpter fa
uorem matrimonij debent pro non adie
ctis haberi. vt ibi dicitur. Si aūt eſt con
ditio contra bonum matrimonij: vt ſi di
cat vir. Accipiam te in meā ſi venena ſte/
rilitatis pcurau eris: tunc ſponſalia non
tenent. Conditio enim contractū corrum
pit quando eſt contra naturaꝫ illius. eo/
dem ti. ca. vltimo. Conditiones autē ge/
nerales que ſp debēt intelligi: vt ſi deus vo
luerit et ſi vixerimus: nullū ꝯtctū ſuſpendūt
Conditiones vero de his q̄ in matrimo
nio ſunt oīno neceſſaria intelligi debent
appoſite nec viciāt ꝯtractū vt ſi es chriſti/
anus aut nō es affinis vel cōſanguinea.
Si etiam ponatur ꝯditio de futuro ne/
ceſſaria: vt dicēdo ꝯtraho tecum ſi ſol ori
atur cras. ⁊ ꝯtractū eſt ſm Thom. quia
talia futura iam ſunt pñtia in ſuis cau/
ſis. Ulterius ſciendū ꝙ ſi vir ⁊ mulier di
cant oſculemur nos inuiceꝫ vel bibamus
nomine matrimonij. ⁊ ſequatur potus vel
oſculum: non per hoc ligantur niſi ſm in/
tentionē quā habēt vt dicit Rodonen̄.

Irca diſtin/ Diſtin.
ctionē. xxviij. Quero vtrū xxviij.
ſolus cōſenſus de preſenti q̄ſtio .j.
expreſſus verbis vel alijs ſignis ſibi con
uenientibꝫ cauſet matrimoniuꝫ. Arguit
ꝙ non. quia extra de ſponſalibus. Is qui.
Dicitur eſſe matrimoniū ſi carnalis co/
pula ſequatur ſponſalia. ergo nō tantū con/
trahitur per verba ꝯſenſuū de pñti ex/
primenda. Oppoſitū magiſter in littera.
Rñdeo ſm Scotū. In matrimonio
eſt mutua traditio poteſtatis corpoꝝ. ꝯſē
ſus autem de futuro cuiuſmodi eſt con/
ſenſus ſponſaliū expreſſus ſignis ſibi con
uenientibus non eſt datio ſed tantū pro/
miſſio de tradendo in futurum ⁊ per cō/
ſequens per talem ꝯſenſum non contra/
hitur matrimonium. Eccleſia tamen cui
non patent interiora quando talem con/
ſenſum ſequitur carnalis copula iudicat
ibi eſſe matrimoniū. vt patꝫ ex ca. allega/
to. quia preſumit ꝙ talis nolit mortaliter
peccare. ⁊ ideo recedat a conſenſu ſponſa/
lium: ⁊ nouo conſenſu matrimoniali vel

affectu cognoſcat iſtam. quia tamen veritas preualet preſumptioni ſi iſte in actu ſequenti ſponſalia: nõ mutat ꝯſenſum ſpõſaliũ in matrimonialẽ ſeu in ꝯſenſum de pñti: dando ꝓ ꝑpetuo ſui corporis poteſtatem: nõ efficiẽ matrimoniũ ꝑ actũ iſtũ. Hec ſcotus. ꝯcor. Tho. Bona. ꝛ Rich. Quibꝫ Durãdꝰ ꝯcor. dicit ꝙ ſi pꝰ ꝯcta ſpõſalia vir ꝛ mulier ꝯueniãt intẽtiõe exhibendi qḋ ꝓmiſerũt: eſt verũ matrimoniũ cum ſit ibi ꝯſenſus de pñti qui ſufficienter exprimiẽ ex ope ſubſecuto. ſi autẽ nõ ꝯueniãt intentiõe predicta ſed affectu fornicatorio ex parte vtriuſqꝫ vel alterꝰ tantũ: nõ eſt verũ matrimoniũ. Pro ꝑdictis facit illud qḋ habeẽ extra de ſponſa duorum. Tuas dudum. vbi dicit ꝙ ſine ꝯſenſu de p̃ſenti quecũqꝫ alia dicanẽ vel fiant: etiãſi interueniat carnalis copula: nõ eſt matrimoniũ. De hoc etiã habetur extra de ſponſalibꝫ. Tua nos. Ex predictis patꝫ ꝙ ſi aliquis ad extorquendũ libidinẽ dicat verba de futuro vel ꝺ pñti animo tamen nõ intẽdẽs ꝯtrahere: nõ eſt matrimoniũ. Teneẽ tñ doloſus ꝑſone leſe ſatiſfacere cõmutando dolũ in verũ cõtractũ. vt dicit Scotus diſt. xxx. Qꝫ ſi tẽpore intermedio ꝯtrahat cũ alia. illud eſt ſeruandũ ꝛ de impoſſibilitate reddendi huic qḋ ſibi debeẽ eſt penitẽdũ cũ ſatiſfactione poſſibili. vtpote cũ ꝓcuratiõe matrimonij ꝯuenientis. Scḋm vero Bonauẽ. tali ꝯſulendũ eſt vt de nouo ꝯſentiat. Thomas videtur mediare inter Sco. ꝛ Boñ. di. ꝙ talis teneẽ ꝑſonam leſam ducere in vxorem ſi ſint equalis cõditionis. vel ſi ſponſa ſit melioris ꝯditionis. ſed ſi aliam duxerit: factus eſt impotens ad ſoluendũ illud ad qḋ tenebaẽ: ꝛ ideo ſufficit ſi de nuptijs ei ꝓuideat vel aliter ſibi ſatiſfaciat. ꝛ ad hoc etiã nõ tenetur ſi ſponſus ſit multo melioris ꝯditionis. vel ſi aliud ſignũ euidens fuerit quo ꝓbabiliter põt p̃ſumi ꝙ ſponſa decepta nõ fuerit: ſed decipi ſe finxerit. Hec tho. ꝛ ꝯuenit cũ eo Hoſtieñ. Ad argumentũ in oppoſitũ patꝫ ex dictis. Sed circa p̃dicta dubitaẽ. qꝛ dicitẽ i illa decretali. Is qui de matrimonio ꝯtracto poſt matrimoniũ p̃ſumptũ qḋ nec verũ nec aliqḋ cẽſetur. ergo p̃mũ erat verũ. Ad hoc rñdet Rich. ꝙ matrimoniũ ꝯtractũ poſt p̃ſumptũ: dicitẽ nõ eſſe verũ ſcḋm iudiciũ eccl'ie q̃ iudicat de interioribꝫ ſcḋm exteriores preſumptiões. eſt tñ verũ ſcḋm iudiciũ dei. vñ talis debet potius ꝑmittere ſe excõicari q̃ꝫ carnaliter copuleẽ priori nec ꝓpter hoc eſt ꝑplexus. quia in hoc caſu nõ obediendo eccl'ie: nõ peccat: ſed ſuſtinẽtia excõicationis hac de cauſa meritoria ſibi videẽ. ꝓ excõicato tñ ſe gerere debet. ꝛ a ſuſceptione eucharitie: maxie in loco vbi factum ſuũ notũ eſt. debet ꝓpter ſcandalũ abſtinere. Hec rich. alibi tñ nõ teneẽ: qꝛ ſententia illa nulla eſt. cũ intolerabilem ꝯtineat errorẽ. Dubitaẽ inſuꝑ vtrũ illi q̇ poſt verba exprimẽtia ꝯſenſum de futuro: carnaliter copulanẽ: mortaliter peccent. Ad hoc dicit Petrus ꝙ hmõi copula: aut fit affectu fornicatorio: ꝛ tunc eſt pctm̃ mortale. nec facit matrimoniũ verũ. aut fit affectu matrimoniali. ꝛ tunc aut ꝑſone ſunt ignare iuris ꝛ eccleſiaſtice ꝯſuetudinis: ꝛ tũc nõ eſt pctm̃ mortale. aut nõ ſunt ignare: ꝛ tũc putat ꙙ (cũ clandeſtina copula fit ꝯtra ꝓhibitionẽ eccl'ie) eſt pctm̃ mortale: maxime vbi ꝓhibitio eccl'ie cõiter obſeruatur. Hec pe. ꝯcor. Rob. Quidã tamẽ aliter dicũt. Et notandũ ꙙ matrimoniũ clandeſtinũ dicitẽ qñ fit ſine p̃miſſa denũciatione. aut nõ adhibitis ſolẽnitatibꝫ cõſuetis. aut ſine teſtibꝫ. ꝛ inhibeẽ. extra de clandeſtina deſponſatione. Cum inhibitio. qꝛ ſepe q̇ ꝯtrahunt occulte penitẽt: ꝛ poſtea cũ alijs ꝯtrahunt de facto: licꝫ cõtrahere nõ poſſint de iure. Et qꝛ occulti ꝯtractus ꝓbari nõ poſſunt: eccl'ia neceſſario decipiẽ ꝛ ſentẽtiat ꝯtra veritatẽ. Sacerdos autem talia matrimonia inhibere ꝯtemnẽs vel regularis qui intereſſe p̃ſumit: ab officio debẽt ſuſpẽdi vt ibidem dicitẽ. Item notandũ ꙙ licꝫ matrimonia que fiũt ſine teſtibꝫ ꝛ debitis ſolẽnitatibꝫ ꝛ traditiõe ſponſe a parẽtibꝫ poſſint eſſe vera ſi aſſint verba de pñti ꝛ ꝯſenſus: nõ tm̃ de futuro: ſed etiã de pñti. p̃ſumunẽ tñ ab eccl'ia (que nõ iudicat de occultis) eẽ ſe fornicatiões. xxx. q. v. Aliter. Itaqꝫ de nouo ꝛ publice ꝯtrahant ꝛ faciãt pniam qꝛ ſcandalizauerũt eccleſiã. Et notandũ

ꝙ nõ ſtatim mr̄imonio ꝯcto alter ꝯiugū
tenet ðbitū reddere. ſꝫ dat tp̄s duoꝝ me
ſiū i q̄ poſſit ðelibare de itrādo religionē

Jrca diſti-

Di.xxix c ctionē.xxix. ſunt aliq̄ viden-
da de ꝯſenſu coacto. Et p̄-
mo vtꝝ ꝯſenſus coactus faciat matrimo
niū. R̄nſio ſm Bona. ꝙ coactio põt eſſe
dupliciter. ſꝫ vi vel metu. Tunc autē fit
vis que dicit coactio abſoluta quādo in-
uitus capit: ducit trahit vel ligat. ipo eti-
am clamāte ⁊ renitēte. In hac aūt coacti-
one nō eſt ꝯſenſus volūtatis: nec ꝑ ꝯñs
matrimoniū. Alia eſt coactio per metū q̄
dicit coactio ꝯditionata vel ſm quid. vt
cum aliq̄s minat mortē niſi conſentiat. et
de hac diſtinguūt aliq̄ ꝙ talis aut ꝯſen-
tit ore ſꝫ nō corde. ⁊ tūc nō eſt mr̄imoniū
aliq̄ mō. aut corde ꝯſentit q̄uis coact⁹: ⁊
tunc mr̄imoniū eſt i ꝯſpectu dei. q2 volū-
tas coacta ē volūtas: ſꝫ nō eſt i ꝯſpectu ec
cleſie q̄ p̄ſumit ꝙ talis ꝯſenſus nō fit cor-
de. ⁊ io ſic iudicat vt vterq̄ alteri in dño
nubat. ſed certe iſtud non videt ꝯſentire
ðcretali. extra de ſpon. Cū locū. vbi dicit
Cū locū nō habeat ꝯſenſus vbi metus
vel coactio intercedit: neceſſe eſt vbi ꝯſen
ſus cōis requirit: coactiōis materia repel
lat. Ideo aliter diſtinguit ꝙ met⁹ duplex
eſt. quidā leuis quidā iuſtus. vt pote q̄ in
virū ꝯſtantē cadere põt. Leuis eſt cū q̄s
paruū malū minat vel cū talis minat de
q̄ p̄ſumit ꝙ implere nō poſſit. ⁊ cōſenſus
cū tali metu facit matrimoniū. tūc em̄ eſt
metus iuſtus cū q̄s cōminat dānū mor-
tis. mutilatiōis. ſeruitutis. ⁊ ſtupri q̄ cadit
in virū ꝯſtantē q̄n p̄ſumit ꝓbabiliter ꝙ
ille q̄ minat poſſit minas adiplere. Non
eſſet aūt timendū ſi ſimplex ruſticus mi-
naret duci. De h̄ metu dicūt iura ꝯſenſū
nō facere mr̄imoniū. Voluit ei dñs ma-
trimoniū ꝯtrahi ꝑ ꝯſenſum liberū q2 co-
acta mr̄imonia peſſimos exitus ꝯſueue-
rūt habere. licꝫ aūt vir ꝯſtās ſeu virtuo-
ſus ꝓus deberet rōnabilr ꝑmittere ſe in-
terfici q̄ mortalr peccare. rōnabiliter tñ
põt ꝯſentire in aliqđ indifferēs. cuiuſmo-
di eſt matrimoniū ad euadendū mortē.
Hec Bon. cū q̄ ꝯcordāt Tho. Rich. ⁊
ſcotus. An tale mr̄imoniū ratificet ſi §.ij.
iuramēto firmet. Ad hoc di. glo. extra de
his que vi metus ve cauſa fiūt. Abbas.
ꝙ nō q2 matrimonia libera debēt eſſe. q̄
op. eſt ꝓbabilis ſm Rich. licꝫ quidā alit
dicāt. vñ votū factū ꝑ metū: ñ tenet c. ti.
c. j. q2 nc de⁹ nec eccl̄ia tale iuramētū volu
erūt eſſe obligatoriū reſpectu eoꝝ i quib⁹
maxima requirit libertas cuiuſmodi ſūt
ꝯtractus ſponſaliū vel mr̄imonij. ⁊ in re-
ligione ꝓfeſſio. Vtrum mr̄imoniū co- §.iij.
actū ratificet ꝑ carnalē copulā ſequentē.
R̄ndet Rich. ꝙ ſi mulier ad carnalē co-
pulā etiā ꝑ leuē metū cogat: nō ratificat
mr̄imoniū quo ad iudiciū poli. niſi interi
us ꝯſentiat in matrimoniū. licꝫ in iudicio
exteriori p̄ſumeret ꝓ matrimonio. ꝯcor.
Pe. Vtꝝ pater poſſit cogere filios ad §.iiij.
ꝯhēdū. R̄ndeo ſꝫ Pe. ꝙ ſi põt nec gñalr
nec ſpēalr cū aliq̄. q2 i mr̄imōio req̄rit cō
ſenſ⁹ maxie lib rōe ꝑpetue obligatiōis q̄
ibi ꝯtrahit. extra de ſpōſalib⁹. Req̄ſiuit.
Non tñ ꝓpter hoc parētes temere iurāt
mr̄imōia filioꝝ. q2 itelligit ſi liberi ꝯſenſe
rint. ⁊ ipſi parētes obligant ad inducēdū
eos. Hec pe. Idē poſſet dici de vouētib⁹
ſe poſituros filios i religionē. Põt tñ pa-
pa cogere ad mr̄imoniū ſpūale. puta ad
ep̄atū. q2 non eſt ibi ſeruit⁹ corꝑalis ſicut
in matrimonio corꝑali. ſꝫ eſt quoddā offi
ciū reipublice diſpenſande. ſic di. ap̄ls. j.
epi. ad Corith. Sic nos exiſtimet hō ⁊c.
Niſi em̄ aliq̄s poſſet cogi ad ſuſcipiendū
regimē ecc̄ie: eccleſia ꝯſeruari non poſſet.
cū q̄nq̄ illi q̄ ad h̄ ſunt idonei nolit ſuſci-
pere niſi coacti. vt dicit Tho. cū quo con
cor. Bonauē. Rich. ⁊ Scot⁹. Addit tñ
Bonauē. ꝙ ſi ſubditus ſciret ſe eſſe inſuf
ficientē ⁊ indignū ⁊ videret ſibi iminere
periculū anime: nō teneret obedire.

Jrca diſtin-

c ctionē.xxx. Quero vtrū er- Di.xxx.
ror ipediat mr̄imoniū. Ad
h̄ ſic dr̄ tho. ꝙ oꝫ ꝙ error q̄ mr̄imoniū ipe
dit ſit aliqui⁹ eoꝝ q̄ ſunt de eē mr̄imonij.
Duo āt icludit ipm mr̄imoniū. ſ. ꝑſonas
q̄ ꝯiūgunt ⁊ mutuā ꝑtātē inicē. Primū
tollit ꝑ errorē ꝑſone. vñ int lia ⁊ iacob nō
fuit mr̄imoniū perfectū ex ꝯcubitu qui ex

errore contigit:ſed ex conſenſu q̄ poſtmo
dū acceſſit. Secundū tollitˀ ꝑ errorē cõdi
cionis. q2 ſeruus nõ põt libertatē ſui cor
poris alteri tradere ſine cõſenſu dñi ſui. ꝛ
ꝓpter h̄ hi duo errores matrimoniū im/
pediūt. alij aūt nõ: puta error q̄litatis vel
fortune. vt ſi ꝑſona credit̄ eſſe bona et eſt
mala. vl̄ credit̄ eſſe diues ꝛ eſt paup. aut
credit̄ eſſe nobilis cum tñ ſit ignobilis. ſi
tñ error dignitatꝫ vel nobilitatis redun/
dat in errorē ꝑſone: tunc impedit̄ matri/
moniū. vñ ſi ꝯſenſus mulierꝫ ferat̄ in iſtā
ꝑſonā directe: error de nobilitate ipſius
puta q2 credit̄ nobilis lꝫ nõ ſit: nõ impe/
dit matrimoniū. Si aūt directe intēdat
cõſentire in filiū regis q̄cunq3 ſit ille: tūc
ſi alius p̄ſentet̄ ei q̄3 filius regis: eſt error
ꝑſone ꝛ ipediret̄ mr̄imoniū. Hec Tho.
Sed eſto ꝙ vna ꝑſona ſimplici anio con
trahat credens aliā vere contrahere q̄ tñ
doloſe dedit verba ad extorquēdū libidi
nem: anio nõ intendens contrahere: An
ꝑſona ſimplici anio cõtrahens obliget̄:
Ad hoc dicit Sco. ꝙ non: nec eſt ibi ma
trimoniū. q2 ꝯtractus mr̄imonij nõ clau
dicat. vñ ſi vna nõ det cõſenſum: alia ni/
hil facit. et ſtante dolo: doloſus fornicat̄
reddendo vel exigēdo debitū cõiugale.

Quid ſi doloſus exprimat alteri dolū
ſuū: Rñō ꝙ tutior via eſt ꝙ nõ faciat ſibi
cõſcientiā ꝙ alter doloſe ꝯſenſerit. imo ꝙ
tunc veraciter cõſenſit ſed modo mētit̄: et
in h̄ caſu faciat ſic vere cõiunx. ſi eñ ꝟbis
eius crederet: ſtante illa conſcīa peccaret
mortalit̄ reddēdo debitū: q2 fornicaret̄.
nõ reddendo ꝟo vel recedēdo: exponit ſe
ꝑiculo pcti mortalis: q2 forte iſte mentit̄.
et ꝓbabilius eſt hoc q̄3 ꝙ mētitꝰ fuerit in
ꝑncipali contractu. et ſic negat illi quod
ſuum eſt.

q.ij.

Trum inter Ma/
v riā ꝛ Joſeph fuerit verꝫ matri
moniū. Et arguit̄ ꝙ non. quia
ꝟgo puriſſima vouit ꝟginitatē. ḡ nõ po/
tuit ꝯhere mr̄imoniū. Cõſeq̄ntia patet.
q2 in mr̄imonio eſt mutua traditio pote/
ſtatꝫ corpoꝝ: q̄d repugnat voto ꝟginitatis
Rñdeo ſm Sco. ꝙ virgo abſolute vo
uit ꝟginitatē. qḋ patet ꝙ ꝟbis eiꝰ ad an/
gelū: quō fiet iſtud ꝛc. Si eñ nõ vouiſſꝫ
ſe nunq̄3 virꝫ cogniturā3: nulla fuiſſet q̄/
ſtio. q2 in poſterꝫ cognita ꝯtige potuiſſet.
Hoc tñ nõ obſtante potuit vere mr̄imo
niū cõtrahere. q2 in cõtractu matrimonij
nõ eſt traditio mutua p̄ñtis corporū ad
copulā carnalē: niſi ſub cõdicione implici
ta. ſ. ſi petat̄. hec aūt cõdicio non preiudi/
cat voto caſtitatꝫ: niſi illa condicio ponat̄
in effectu. igit̄ vbi eſt certitudo ſimplicit̄
ꝙ nunq̄3 ponet̄ in effectu: ibi in nullo p̄iu
dicat voto caſtitatꝫ ꝯtractus mr̄imonij.
ſed h̄ fuit talis certitudo. Sic eñ angelꝰ
inſtruit Joſeph di. Noli timere accipe
Mariā cõiugē tuā: multo magꝫ ꝯcludit̄
ꝙ ipa ꝑ angelū vel imediate a deo ante/
q̄3 deſpõſaret̄ ipſi Joſeph fuit certitudi/
naliter edocta: Noli timere accipe ioſeph
virꝫ iſtū i ꝯiugē: ecce eñ ſpūſſctus dabit
eū tibi i cuſtodē ꝛ teſtē ꝟgītatꝫ tue q̄ tecū
pari voto ꝯtineat: et i mltꝫ tibi ad cuſto
diā ꝟginitatꝫ cõgruētibꝫ obſequat̄. Fuit
igit̄ int̄ Mariā ꝛ Joſeph verꝫ mr̄imoni
um ꝛ ratū: lꝫ nõ fuerit per carnalē copulā
cõſummatū. Datꝰ eſt aūt Joſeph Ma/
rie in ſpõſum vt eſſet teſtꝫ ꝟginitatꝫ eiꝰ ꝛ
obſeq̄ret̄ mr̄i ꝛ filio in neceſſitatibꝫ ꝑ tpa
occurrētibꝫ. Ex p̄dictis patꝫ q̄3 admi/
rāde ſctitatis ꝛ puritatis fuerit ille beatꝰ
Joſeph cuiꝰ cuſtodie nõ ſolū ꝟgo ꝟginū
in iuuentutꝫ flore: ſed etiā ſaluator mūdi
extitit cõmiſſus: cū btūs Joh. euāgeliſta
valde honorādus ac extollēdꝰ p̄dicet̄: q2
ſibi ipe chr̄s in cruce matrē ꝟginē3 ꝟgini
cõmēdauit: q̄ tāte puritatꝫ extitit ꝙ tante
matrꝫ meruit eē adoptiuꝰ filius ꝛ a dño
p̄dilectꝰ. de q̄ q̄dā opinati ſunt ꝙ nõ obi/
erit: ſꝫ i ꝑadiſo t̄reſtri ſit cū Enoch ꝛ He
lia ꝯ antichr̄m dimicaturꝰ. Sed oppoſi
tū huius tenet eccl̄ia catholica. ꝛ ad h̄ eſt
Hiero. in li. illuſtriū viroꝝ: vt ponit̄ in le
gēda eiuſdē añ portā latinā. Et Aug. in
ſmõe: Dignū ꝛ cõgruū. ponēs ipm clau
ſo tumlo reſurrexiſſe. Nec huic dicto re/
pugñ illō q̄d legit̄ in natali eiꝰ qpꝰ abſceſ
ſum luminis ſup ipm refulgēs nõ fuit i fo
uea illa aliq̄d repertū niſi māna. q2 h̄ non
debet intelligi imediate. ſed prius corpꝰ
eiꝰ in fouea illa extis fuit lapide ſuppoſi/
to incluſū. ꝛ poſt aliq̄d tps cū ſacerdotes

venerandi cauſa corpus inquireret: nihil ibi fuit repertū niſi māna. ꝛ ſic poſſūt hu⁹ iuſmodi legende ꝯcordari. Poſſunt aūt aſſignari quinqꝫ excellentie beatiſſimi io⁹ hānis ſup alios aplos. Prima q2 a chriſto ꝑdiligebat. vnde in cena recubuit ſup pectus eius. ꝛ petrus nō auſus eſt petere a dño quis eum eſſet traditurus hoc ſecit inquiri per iohannē. Scda q2 ſolus legitur matrem dñi in paſſione ſociaſſe. vñ eius filius meruit eſſe: dicente ſibi dño ecce mater tua. Tertia q2 ſibi reuelatus fuit totus ꝓceſſus eccleſie vſqꝫ ad finē mundi i apocalypſi. Quarta q2 a dolore mortis fuit alienus vt dicit Hiero. Quinta q2 clauſo ſepulcro reſurrexit vt dictū eſt.

Diſtinctio .xxxj.

Diſtin. xxxj.

Diſtinctione .xxxj. agitur de bonis matrimonij que ſunt fides ꝓles ſacramentū per que excuſatur actus matrimonialis ad quē ſequit hebetudo ſeu cecitas mentis. Unde dicit Ariſto. vij. eth. ꝙ deceptio .i. ꝯcupiſcentia futura eſt intellectū ſpiſſe .i. valde ſapiēns. Bonū fidei ꝯſiſtit in obligatione ad fidelitatem ſeruandā in actu matrimonij reddēdo ꝯiugi qḋ ſuum eſt. ꝛ nō dando alteri alieno. Bonū ꝓlis ꝯſiſtit in obligatione ad ꝓlem ſi euenerit gratanter ſuſcipiendā ꝛ religioſe educandā. Bonū vero ſacramenti dicitur indiſſolubilitas vinculi cōiugalis: que dicitur ſacramentū pro eo ꝙ ſignat indiſſolubilitatē ꝯiunctionis chriſti ꝛ eccleſie. Non eſt tñ ſacramētū matrimonij. q2 illud eſt ſenſibile ſignū grane collate digne ꝯtrahēntib⁹ ad ꝯiunctionē gratioſam animoꝝ. Manet aūt indiſſolubilitas mrimonij vſqꝫ ad mortē. Mortuo vero viro ſoluta eſt mulier a lege viri. vt dicit apl's in epla ad corinth. Soluit enī am hoc vinculū per relaxationē illi⁹ qui ſtatuit iſtud ſic eſſe indiſſolubile. Hanc nāqꝫ indiſſolubilitatē relaxat chriſtus cū alter ꝯiugum ꝯuertit ad religionem. vnde eccleſia nūqꝫ attentaſſet poſt matrimonia rata nō ꝯſūmata licentiare alterū ꝯiugū ad religionem altero manente in ſeculo: niſi chriſtus hoc inſtituiſſet. habet autē hoc ex facto chriſti vocantis Johannē aplm ꝛ euangeliſtam ad apoſtolatū de nuptijs. Joh. ij. Mulier autē in ſeculo remanēs ꝛ alteri nubens: nō erit tunc vxor duorū. ſed tantū ſecūdi cum primū vinculum ſit ſolutum. Sed dubitat vtrū hmōi matrimonium dirimat ꝑ ſuſceptionē ſacri ordinis ſicut per ingreſſum religionis. Quidam dicunt ꝙ ſic. ſed ꝯtrariū declaratuꝫ eſt in quadā extrauaganti Joh. xxij. que incipit. Antiqua. Ex ꝓdictis ſequit ꝙ cōtrahentes ſub ꝯditione aliqua repugnāte alicui iſtoꝝ triū bonoꝝ nihil faciunt cum tales ꝯditiones repugnent ꝯtractui matrimoniali. vt pote contra primū. Accipio te in meā ſic ꝙ nō tenear tibi ſeruare fidem: nec affirmatiue ad reddendum niſi cum voluero. nec negatiue quin poſſim pro libito meo alij cōmiſceri. Contra ſcdm accipio te in meā dum tñ ꝯſentias in ꝓcuratione venenoꝝ ſterilitatis. Contra tertiū. accipio te in meā donec occurrat magis placens. vnde ſic acceptantes nō tm mortaliter peccarēt ſed ex tali contractu in nullo ſibi mutuo obligarentur. imo obligarent ad recedenduꝫ ab omni vſu mutuo virtute talis ꝯtractus. Circa predicta notandū ſm Rich. ꝙ ſi alter ꝯiunx mortuus reſuſcitaret: alius nō teneret ipm recipere. quia per mortem vinculum ſoluitur ſm aplm. vt dictuꝫ eſt in preced. vnde tales nō ſunt ꝯiuges: niſi ꝑ nouū ꝯſenſuꝫ. Item notandū ꝙ poſt matrimoniū ꝯſūmatū nō licꝫ alteri ꝯiugum religionem intrare ſine licentia alterius q̄ debet dari autoritate epi. ꝛ licentians in ſeculo remanens debet votum caſtitatis emittere. Si autem ſit iuuenis ſic ꝙ probabiliter poſſet oriri ſuſpicio de incōtinētia: debet etiā monaſteriū ingredi. vt cīn dicit extra de cōuer. cōiugatoꝝ. ca. j. Si laicus de licentia vxoris profeſſione fecerit in religione: niſi vxor ad religionē tranſierit. aut perpetuā ꝯtinentiam ſeruare promiſerit: vir poteſt ꝛ debet de monaſterio reuocari. Decernitur autē a iure rōnabiliter talis licētia ad petitionē alterius cōiugis irritanda ꝓpter multa picula q̄ imminere poſſent cōiugi in ſeculo remanenti. Qui ꝟo ſic de monaſterio reuocat: mor §. ij.

tua vxore tenet̃ ad monaſteriū reuerti.ex
tra co.ti. Ex parte abbatis. Si autē vir
ↄtra volūtatē vxoris faciat pfeſſionē in
religione:ad petitionē mulieris reuocabi
tur.ea tū mortua nō coget̃ ad religionem
reuerti. vlteri⁹ tñ nō poterit vxorē accipe
pmiſit eñ ſe nō exigere debitū qḋ in ei⁹
poteſtate erat.ꝛ ideo quo ad hoc votum
tenuit. Non reddere autem nō erat in ei⁹
ſed in mulieris poteſtate.extra de ↄuerſi
one cōiugatoꝝ. Quidā intrauit. Simili
ter dico de muliere intrante religionē con
tra voluntatē viri. Idem etiam eſt dicē
dum de muliere que credens viruꝫ mor
tuū fecit in religione pfeſſionē.ꝛ poſtea re
uerſo viro fuit ad eum reuocata.extra co.
Placet. Utrum vir ꝛ vxor in ſeculo re
manētes poſſint pari ↄſenſu ↄtinentiaꝫ
vouere. Dicit Raym.ꝙ ſic: ſi vir votum
fregerit: debet nihilo minus mulier con
ſtanter in voto pſeuerare.xxxiij.q.v. Qḋ
deo.non tamen ꝓpter hmōi votum pōt
vnus ſine licētia alteri⁹ religionē ingredi.

Circa diſtin

di.xxxij. ctionē.xxxij.in qua agit̃ de
bono fidei ꝛ debiti ↄiuga
lis redditione. Sciendū ꝙ reddere debi
tū eſt neceſſitatis.qꝛ vt ait apl's. Uir nō
habet poteſtateꝫ ſui corporis ſed mulier.ꝛ
ecōuerſo. In caſu tñ in quo vir nō poſſet
vxori debitū reddere:ſalua incolumitate
corporis ꝓprij: debitū reddere nō teneret̃.
qꝛ noluit deus viruꝫ obligari mulieri in
his que ſunt ↄtra rectā ratonē ꝛ nature
inclinationē que maxime inclinat ad con
ſeruationē ꝓprij indiuidui. Non tenetur
etiā alter alteri hmōi debitū reddere niſi
petatur expreſſe vel tacite ꝑ aliqua ſigna
qb⁹ pōt hȝ ↄiecturari. Hec rich. Ulteri⁹ ſci
endū ꝙ act⁹ mr̃imōial' aliqñ fit ſine pctō
aliqñ aūt cū pctō veniali ꝛ aliqñ cū mor
tali. Si eñ fiat vt debitū reddat̃ vel pro
les ad dei cultū pcreet̃:ibi nullū eſt pctm̄
quinpotius ille actus:tūc eſt meritorius
in eo qui eſt in ſtatu grē. Non eſt etiā pec
catū ſm Alexā.ſi fiat cauſa fornicationis
vitāde:licꝫ quidā aliter dicant. Si autē
ad actū ↄiugalē moueat libido ſiſtens in
fra fidē matrimonij ita ſcꝫ ꝙ nō vellet vl
lo modo ad nō ſuā accedere. ſic eſt pecca
tū veniale ſm cōiorē opinionē.ſi vero mo
ueat libido effrenis vltra matrimonij fi
dem: puta ſi vir tam ardenter vxorē ama
ret ꝙ etiā ipſam cognoſceret ſi vxor nō eſ
ſet.tunc eſt pctm̄ mortale. ꝛ ſic itelligitur
illud qḋ habet̃.xxxij.q.iiij. Origo. Adul
ter eſt ardentior amator proprij vxoris.

An liceat exigere ꝛ reddere tpe ſacro. §.ij.
Rñdeo dies feſti ꝛ ieiunioꝝ ſunt inſtitu
ti ꝓpter mentis deuationē a carnalibus
ad ſpūalia. In actu vero coiugali mens
deprimit̃ a ſpūalib⁹ ad carnalia. ꝛ ideo
cōgrue eſt ab eccl'ia inſtitutum ꝙ ↄiuges
tunc abſtineāt ab illo actu. qḋ intēdit ec
cleſia diſſuadere.nō ꝓhibere.iuxta illḋ.i.
ad Corinth.vij. Nolite fraudare inuiceꝫ
niſi ex ↄſenſu ad tēpus vt vacetis oratio
ni. Illis igit̃ dieb⁹ eſt ab actu hmōi abſti
nendū de ↄgruitate: nō tñ de neceſſitate
pcti mortalis euitādi.ſm Tho.Pe.Bo
nauē.Rich.ꝛ ſcotū.licꝫ aūt exigens debi
tū hmōi tpe ꝓpter carnis delectationem
adimplendā nō peccet mortaliter:peccat
tamen venialr ꝛ grauius ꝙ̃ alio tpe. In
culpa nāqꝫ veniali eſt maior ꝛ minor gra
uitas ſicut in mortali. Eſt tñ culpa mor
talis ſiqs hoc credēs eſſe ꝓhibitū:nihilo
minus hmōi actuꝫ exerceret qꝛ talis face
ret ↄtra ↄſcientiā.cuiuſmōi fuit illa mu
lier quā refert Gregori⁹ in li. dialogoꝝ a
demone arreptā. Quod aūt dicit̃.xxxiij.
q.iiij. Quotienſcūqꝫ.ꝛ ca. Chriano: non
eſſe licitū ↄuenire dieb⁹ feſtiuis ieiunioꝝ
ꝛ pceſſionū.nō eſt preceptiuū ſed diſſua
ſiuū Nō licꝫ iñqꝫ.i.nō expedit vl' nō decet

Utrū liceat exigere vel reddere in loco §.iij.
ſacro. Rñdeo ſm Rich.ꝛ Scotū.ꝙ non
ꝓpter pollutionē ſacri loci:niſi per longū
tempus cogerent̃ ibidē cōmanere. Notā
dum ſm Auicē.li. de aialib⁹ ꝙ muliere
impregnata ſanguis menſtruus diuidit̃
in tres ptes. ex vna eñ pte puer alit̃.alia
vero aſcēdit ad mamillas. pars aūt ſup
flua manet intus vſqꝫ ad tēpus partus:
ꝛ tūc eijcit̃. Utrū liceat exigere vel red §.iiij.
dere tpe impꝰgnatiōis. Dicit̃ cōiter ꝙ ſic
ſicut ꝛ ante cū talis actus nō tantū ſit in
officiū plis pcreādę:ſed etiā in remediū.

qḋ eſt intelligendũ niſi pſumeret pbabili-
ter de periculo partus. tũc eñ exigẽs ꝛ red-
§. v. dẽs mortaliter peccaret. Quid de tẽ-
pore menſtruoꝝ. Rñdeo ſi mulier innatu-
raliter talia mẽſtrua patiat vt ſunt aliq̃ que
diu vel ppetuo ex infirmitate ſanguinis
fluxum patiunt: tunc licꝫ exigere ꝛ redde-
re. Si vero talia menſtrua ſint naturalia
que tempe determinato accidũt: mortali-
ter peccat ſcïẽter exigens. Exigere eñ p-
hibet lex. Leuitic. xviij. Ad mulierẽ que
patit menſtrua nõ accedes. Licitũ tñ eſt
tũc mulieri debitũ viro reddere: nec hoc
a lege inhibet ſibi. qꝛ vt dicit Bonauen.
valde durũ eſt ꝙ mulier viro inſtanter pe-
tenti nõ reddat debitũ. vbi nõ manifeſte
apparet infirmitas vel neceſſitas. cui con-
cor. Tho. Petrus ꝛ magiſter in lr̃a. De-
bet tñ mulier aliquo modo ſe difficilẽ ex-
hibere aliquã excuſationẽ pretẽdẽdo vel
infirmitatẽ allegãdo: ſi vir petat ignoran-
ter. vel pcibꝫ ꝛ monitis auertẽdo ſi petat
ſcïẽter: finaliter tñ viro nõ deſiſtente: de-
bitũ põt reddere cũ dolore ad euitandũ
viri ſcandalũ ſeu odij aut fornicatiõis vel
Circa diſtinctionẽ quadrageſimãtertiam quero Utrum reſurrectio fiet in inſtanti? Reſponſio. In reſurrectione erit collectio puluerũ que fiet miniſterio angelico ⁊ ſucceſſiue. Refoꝛmatio ꝟo coꝛpoꝛum et ipſoꝛũ iterata vnio cum animabus fiet virtute diuina et in inſtanti: iuxta illud.j.ad Coꝛinth.xv. In momẽto in ictu oculi. Sed dubiũ eſt an reſurrectio omniũ hominũ fiat in eodem inſtanti. Quidam dicunt ꝙ ſic. Alij aũt dicũt ꝙ non. et huius opinionis ſunt Rich.et Scotus. Hoc em̃ videt̃ innuere apoſtolus.j.ad Theſſal.iiij. Moꝛtui q̃ in chꝛiſto ſunt reſurgent pꝛimi. deinde nos qui viuim⁹ ſimul rapiemur ⁊c̃. Ubi ſm Auguſt.apoſtolus in ſe ⁊ in alijs qui ſecum viuebant ſignabat ꝑſonas illoꝛum q̃ inuenientur viui in aduentu iudicis. tales em̃ in paruo ſpacio paſſuri ſunt moꝛtem et recepturi ſunt immoꝛtalitatẽ. Illi autẽ qui inuenient̃ moꝛtui: ſimł reſurgent qñ illi qui inuenient̃ tunc viui moꝛientur. et ſic illi qui inuenient̃ moꝛtui: pꝛius reſurgent q̃ꝫ illi qui inuenientur viui. Et hoc eſt quod dicit Apoſtolus: Moꝛtui q̃ in chꝛiſto ſunt reſurgent pꝛimi. Non em̃ videtur hoc intelligẽdũ de ꝑmitate dignitatis.quia multi illoꝛũ qui in aduentu iudicis inuenient̃ viui: erunt maioꝛis meriti q̃ꝫ multi de illis qui tunc inuenientur moꝛtui. Eccleſia eſt em̃ vt caſtroꝛũ acies oꝛdinata: in qua in pꝛincipio ⁊ in fine ponunt̃ foꝛtioꝛes. Pꝛopter tamẽ paruã moram inter reſurrectiõeꝫ illoꝛum ⁊ iſtoꝛum quandoqꝫ dicunt̃ tam illi q̃ꝫ iſti ſimł reſurrecturi. Q᷒ autem reſurgat idem homo in numero: patet per illũ verbũ Iob dicentis. Et rurſum circundaboꝛ pelle mea ⁊c̃. Hoc autem non eſſe impoſſibile: patebit ſi conſideret̃ diuina potentia que cuncta de nihilo creauit. Reſurgent autem tam boni q̃ꝫ mali: licꝫ iuxta verbũ Pſalmiſte Impij non reſurgunt in iudicio: ſupple ad gloꝛiam. Hora ꝟo reſurre-

di.xliij.

cationis eſt hominibus incerta: Ideo dicit dominus in euãgelio: Media nocte venturus.

Diſt. xliiij. q.j.

Circa diſtinctionem q̃dragesimamquartam quero Utrum in quolibet homie reſurget totum quod fuit de veritate humane nature. Reſpõſio. Ad veritatem humane nature ptinent nõ ſolum cõtracta a parentib᷑: ſed etiã aggenerata per nutritionẽ ex cibo et potu: licȝ talia nõ ſint ita pura ſicut illa que habentur a parentib᷑. Non oportet aũt vt dicat Scotus q̄ totum quod fuit in Petro p tota vita eius de veritate humane nature reſurgat in eo. quia cum multa fluant per ſudorẽ ⁊ alias conſumptiones: ſi quicquid fuit in eo de veritate humane nature reſurgeret: corpus eius eſſet imoderate q̃ntitatis vl' denſitatiſ. ſed corpus reformabitur: maxime ex contractis a parentib᷑ que ſunt puriſſima: et etiam ex aliis ſm exigentiam debite quantitatis corporis.

Nota Ex predictis poteſt inferri q̄ nõ oportet q̄ totus ſanguis emiſſus p minutionem ab homine vel al'as reſurgat. Non repugnat etiã veritati fidei ſi aliquid de precioſo chriſti ſanguine in ara crucis effuſo in terra remanſerit ad deuotionem fidelium excitandã. licȝ quidam videantur hoc aſſerere: cum non ſit neceſſarium q̄ aggenerata per nutritionem ex cibo et potu totaliter reſurgant. vt patet ex predictis. Tum etiaȝ quia cum contracta a parentibus ſint puriſſima: magis repugnaret preputiũ domini in terra remanſiſſe: quod tamẽ quidam aſſerunt apud ſe habere. Predictis concordans Franciſcus de Maroñ. dicit. viij. diſt. iiij. non eſſet incõueniens aſſerere de vero chriſti ſanguine in terra remãſiſſe. Licȝ etiã nõ reſurgat quicquid per tonſuram vel raſuram eſt de capillis et vnguibus amotum: reſurgent tamen vngues: pili: barbe ⁊ capilli capitis in illa quantitate que magis erit ad ornatum corporis et decorem. Unde in euangelio dicit dñs: Capillus de capite veſtro non peribit. Reſurgent etiam inteſtina in corpore ſicut ⁊ alia membra: et plena erunt non q̃dẽ turpib᷑ ſuperfluitatib᷑: ſed nobilibus humiditatib᷑. Circa p̃dicta poſſet dubitari ſi homo neceſſitate famis nutriatur ex carnibus alterius hominis: in quo illoꝝ reſurgent ille carnes. Dicit Scotus q̄ reſurgent in illo in quo prius fuerunt animate. et quod deeſt in alio ſupplebit̃ ex partibus nutrimentalib᷑ quas ille ſucceſſiue habuit. etſi nõ ſufficiant ad debitã q̃ntitatem corporis iſtius: ſupplebit vñ voluerit omnipotens. questio De coſta aũt Ade ex qua formata fuit Eua: dicit q̄ p̃ter illam Adam habuit coſtas ſufficiẽtes ſm q̄ competũt homini cõmuniter. vnde illa fuit ſibi data tanq̄ ſuperflua q̃tum ad ſuppoſitũ: ſed neceſſaria q̃tum ad multiplicationẽ nature ſicut ſemẽ: q̄propter nõ reſurget in Adam. Etas vero reſurgentium erit etas virilis: ſicut dicit apl'us in epl'a ad Ephe. Donec occurramus oẽs in virum pfectum in menſurã etatis plenitudinis chriſti. et hoc non q̃tũ ad numerum annorũ: ſed q̃tum ad ſtatuȝ qui ex annis in corpore humano reliquitur. nec reſurgent in eadem quãtitate: ſed quilibet reſurget in illa quantitate in qua fuiſſet in termino augmenti: reſecata per diuinam potentiam quantitate ſuperflua: ſicut in gigantibus. ⁊ ſuppleto quod deficit: ſicut in gnanis: vt dicit Thomas.

Utrum aũt damnati reſurgant cum deformitatib᷑ ſuis: puta vtrũ is qui fuit lippus vl' ſcabioſus reſurgat cum hmõi deformitatibus: non eſt omnino certum Beatus tamen Thomas videt̃ ſentire q̄ non. ſufficiet eñ punitio a diuina iuſticia p ipoꝝ pctis taxãda abſq̄ talib᷑ deformitatibus.

Utrum dãnati cruciabunt̃ igne ꝑpetuo. q.ij.§.i Reſponſio huius patet Matth. xxv. Ite maledicti in ignem eternũ qui paratus eſt diabolo ⁊ angelis eius. Modus aũt q̄ cruciabunt̃ ſpũs ab igne illo q̄ eſt corporeus: vt dt Greg. iiij. dialogoꝝ ponitur multipl'r. Scdm tñ Rich. ⁊ Sco. cruciabunt̃ ab illo igne et rõne detentiõis lo-

calis qua ꝑpetuo erunt illi igni alligati.
⁊ ratione detentionis intellectualis. quia
perpetuo determinabuntur ad conſide-
rationem intenſam ignis taliter detinen
tis. quod erit ipſis ineffabilis cruciatus.
Erit autem ipſis ſecunda detentio triſta-
bilioꝛ prima. quia perfectio ipſoꝛum ma-
gis conſiſtit in libero vſu potentie intelle
ctiue ꝙ̄ motiue. Et licet ſit equalis de-
tẽtio illoꝝ dānatoꝝ qui min⁹ ⁊ qui plus
peccauerunt: non tamen erit eoꝛum equa
lis triſticia: quia talis detentio plus erit
nolita his qui plus peccauerunt. ⁊ per cõ
ſequens magis afflictiua. ⁊ ſic ille ignis
licet equaliter ardeat: non tamen equali-
ter affliget. Predictis concoꝛdat Tho-
mas eadem diſtinctione quo ad primaȝ
detentionem. ſecunda vero magis expli-
catur a Scoto. Quantū vero ad cru-
ciatum coꝛpoꝛum ſciendum ꝙ ignis pre
ſens coꝛpoꝛi coꝛruptibili animato anima
ſenſitiua poteſt habere in illo duplicem
actionem. ſcȝ realem ſeu materialem que
eſt vniuoca. puta cauſando in illo caloꝛē
exceſſiuum. ⁊ intentionalem que reſpectu
illius eſt equiuoca. quia ſpecies ſenſibilis
non ſimpliciter eſt eiuſdem ſpeciei cum
ipſo obiecto. non ſufficit autem realis ſi-
ne intentionali ad cauſandum doloꝛem.
quando enim lignum calefit ꝙ̄tūcunqꝫ
exceſſiue: non tamen dolet. Intentiona-
lis vero ſine reali ſufficit ad cauſandum
doloꝛem. ſicut ſi manus fuerit exceſſiue
frigefacta ex contactu niuis vel glaciei: ſi
ſtatim approximetur igni: eſt vehemens
doloꝛ ab illo obiecto immutante: ⁊ tamen
modica vel nulla eſt actio realis a calido
in manu propter excellentiam contrarij
ſcȝ frigoꝛis in ipſo paſſo: licet autem poſt
iudicium ignis poſſit habere vtrāqꝫ acti
onem in coꝛpus damnati. Videtur ta-
men aliquibus ꝙ erit tantū ibi intentio-
nalis que eſt maxime afflictiua. Cui opi-
nioni videntur magis adherere Thom̄.
⁊ Scotus. quia immutatio realis eſt coꝛ-
ruptiua. ⁊ ideo ſi ibi eſſet illa coꝛpoꝛa coꝛ-
rumperentur niſi miraculoſe conſeruarē
tur. Non eſt autem veriſimile ꝙ deus ve
lit circa eos tunc multiplicare miracula
vltra id qđ requiritur ad eoꝛū punitionē

iuſtam. ꝙ̄uis aūt coꝛpa damnatoꝝ (ſcḋm
hanc opinionē) nō recipiant caloꝛem ab
illo igne ſcḋm eſſe materiale: ſentient tñ
ſenſu tactus caloꝛē intemperatū ⁊ exceſſi
uū ſicut oculus ſentit coloꝛem ⁊ non co-
loꝛatur. Affligentur aūt vehemēter ab il Nota.
lo igne. quia ſicut obiecti ꝓpoꝛtionati ſen
ſui: ꝓpoꝛtionata receptio delectat ſenſuȝ:
ſic impropoꝛtiōnata ꝯtriſtat. vt voces in-
cōſonātes auditū offendūt. Receptio au
tem ſimilitudinis illius ignis in tactu eſt
impropoꝛtionabilr vincēs ipſm. Et ſcḋm
hoc exponiṫ illud verbum Iob. Ab aqs
niuiū tranſibunt ad caloꝛeȝ nimiū: Licet
enī poſſet ſaluari alternatio in iſtis affli-
ctionib⁹ non ſequēdo hūc modū dicendi
nō tamen poſſet ſaluari ꝙ ſimul paterenṫ
in ſūmo realiter a contrarijs. In ꝓpoſi-
to aūt hoc poteſt ſaluari. quia ſpecies cō-
trarioꝛū etiam in ſūmo nō ſunt contrarie.
Tenentes vero ignem infernalem habe-
re actionē materialē in coꝛpoꝛa damnato
rū dicunt ꝙ ratio quare ignis infernalis
calefaciet coꝛpoꝛa damnatoꝝ ⁊ affliget
nec tñ ꝯſumet: eſt qꝛ ſicut creatura nō po
teſt manere in eſſe ſuo niſi preſuppoſita in
fluentia dei generali: ſic non pōt habere
actionē ſuā niſi illa influentia inſiſtēte. vñ
ſicut de⁹ pōt influere ad eſſe rei ⁊ non ad
operationē ſic pōt cooperari ad vnā operatio-
nem ⁊ nō ad aliā: ⁊ ſic cooperabiṫ illi ignē
ad calefaciendū ⁊ nō ꝯſumendū vel coꝛ-
rumpendū. Quicqđ ſit de iſtis opinioni-
bus certū eſt ꝙ ille ignis aget in coꝛpoꝛa
⁊ ſpūs. vt inſtrumentuȝ diuine iuſticie q̄
magis eſt a nobis reuerēda atqꝫ tremen-
da ꝙ̄ curioſe inueſtigāda. cū nō valeam⁹
ſufficiēter indagare naturā modici ver-
miculi. eſt ergo captiuādus intellectus no
ſter in obſequiū chriſti verbis eius infallibi-
libus firmiter innitēdo altitudinēqꝫ ſapiē
tie eius ac iudicioꝛum incōprehenſibiliū
admirādo: q̄ licȝ ſint inſcrutabilia: iuſta
tñ ſunt. Cum enī pena ſit oꝛdinatiua cul-
pe ⁊ mali in pctō moꝛtali decedētes ꝑpe
tua ſint in culpa. qꝛ vt dicit ſapiens. Vbi
ceciderit lignū ibi erit. oꝛdo diuine iuſti-
cie exigit vt ꝑpetuo ſint i pena vt ſic nihil
maneat inoꝛdinatū. Iuſte aūt ꝑſona que
eſt ꝑpetua derelinquiṫ a deo perpetuo in

culpa.qꝛ ipſam voluntarie ꝯtinuauit vſqꝫ
ad terminū ad ipſam corrigendā taxatū.
Juſtū quippe eſt vt q̄ malū nō vult deſe
rere cū poſſit:in malo relinquat̄.ſicut ſiq̄s
volūtarie ſe ꝓijceret in quandā foueā de
qua nullo modo poſſet euadere: niſi per
adiutoriū alterius quē ꝯtemnit ꝛ offen/
dit ſe ꝓijciendo:iuſte poſſet in illa fouea
derelinqui. Item cum per pctm̄ mortale
offēdat̄ bonitas ac maieſtas infinita:de
cet vt pena correſpondens ſit infinita.
Quāuis em̄ deus ſit impaſſibilis tn̄ cū
eius volūtas ſit infinita ac eius bonitas
qn̄ homo peccat q̄ꝫtum in ſe eſt facit deo
infinitam triſticiam.ideo iuſtū eſt vt in in
finitū torqueat̄. Et poſſet poni exemplū
de punitione illius qui inq̄ꝫtum in ſe eſt
nititur regem occidere:licꝫ regi nocere nō
valeat. Ecōtra qui deū diligit q̄ꝫtuꝫ in ſe
eſt:dat deo gaudiū infinitū:ideo ꝑpetuo
in celo letabit̄. Licet aūt pena damnatoꝝ
ſit ifinita extēſiue nō tn̄ itēſiue qꝛ vniuerſe
vie dn̄i mia ꝛ veritas. In h̄ em̄ miſcđia
ſuperexaltat iudiciū(teſte Jacobo)qꝛ cū iu
ſticia ꝯcurrit miſericordia:ita ꝙ nō ita in/
tenſe puniūtur ſicut coꝝ culpa exigit.licet
qui magis peccauit grauius puniatur.
Inſuꝑ ſicut premiū correſpōdet merito:
ſic pena demerito. Sicut igit̄ electi eter/
naliter ꝓ meritis p̄miabunt̄ in loco nobi
liſſimo ꝛ eminētiſſimo ſcꝫ i celo empyreo
ſic reprobi eternalr̄ torquebunt̄ ꝓ deme/
ritis in loco viliſſimo ꝛ infimo.ſcꝫ in ifer
no q̄ eſt in centro ſeu in cōcauo terre qui
eſt locus maxime a celo remotus. Unde
dicit gloſa Job.ij.ꝙ ſicut cor eſt in me/
dio animalis: ſic infernus in medio terre
Premiabunt̄ tn̄ electi ſupra condignum
ꝛ reprobi punient̄ citra ꝯdignū.qꝛ vt di/
ctū eſt miſcđia ſuperexaltat iudiciū qđ eſt ꝑ
fectius cū miſcđia q̄ꝫ ſine ipſa: licꝫ aūt vt
dictū eſt p̄miū correſpōdeat merito ꝛ pe/
na demerito.non tamen eſt omnimoda
ſimilitudo:quia deo debemus quicquid
ſumus.ꝛ cum omnia fecerimus:fecimus
qđ facere debuimus.vnde deus non eſt
debitor niſi bonitati ſue. Dolent vero re
probi de peccatis a ſe cōmiſſis:non rōne
diuine offenſe:ſed ratione incōmodi inde
prouenientis.qui dolor poteſt dici pena
vermis.multū em̄ affligunt̄ conſideran/
do ꝙ ꝓ modica delectatione tātū bonū
amiſerūt ꝛ tantā penam incurrerūt. Su/
per autem infernū eſt locus in quo ponū
tur in ſolo originali decedētes.ſuper quē
eſt purgatoriū:ad quem locum vadūt in
charitate decedentes qui ſecū aliqđ pur
gabile ferunt. Supra vero purgatoriuꝫ
eſt locus in quo ante chꝛi aduentum re/
quieſcebant anime decedētes in charita/
te que nihil purgabile ſecum portabant.
vel que portauerāt ꝛ iā purgate erant. q̄
locus ſinus abrae dicebat̄ quia primus
ſignaculū fidei diſtinctiuū accepit. In il/
lo aūt loco nūc nulla anima recipit̄. quia
decedentes in charitate nihil portantes
purgabile:ſtatim aſcendunt in celū iuxta
illud qđ dicit apl's. Cupio diſſolui ꝛ eſſe
cū chꝛo.qui locus etiaꝫ nunc ſinus abrae
dicit̄ in orōnibꝫ q̄ fiunt pro defunctis.

Circa diſti/

ctionē.xlv. Quero vtrum suffragia viuoꝝ ꝓſint defū ctis. Rn̄ſio.ꝙ ſic vt pꝫ.ij.Machabeoꝝ. xij. Sancta ꝛ ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare. ſic Auguſtinus in en/ cheridion dicit ꝙ releuantur cum pro il/ lis ſacrificium mediatoris offertur vel ele moſyne in eccleſia fiunt.proſunt autē his qui in charitate moriunt̄: ꝛ aliquid pur/ gabile ferunt ſecum. Illis autē qui nihil purgabile ſecum ferunt:non proſunt: qꝛ vt dicit Auguſtinus. Iniuriā facit mar/ tyri qui orat pro martyre. De damnatis autem quidam dicere voluerunt ꝙ eis proderant non ad totalem liberationem. ſed ad aliquam penarum diminutionē Sꝫ opinio cōior ꝛ verior vt dicūt Tho. Bona.ꝛ Rich.eſt ꝙ eis nihil ꝓſūt:qꝛ nō cōicant nobiſcū in vinculo charitatis.vñ canit eccl'ia ꝙ i inferno nulla eſt redēptio. Et Prouerb.xj. Mortuo hoīe ipſo nul/ la erit vltra ſpes.ꝛ hoc eſt veꝝ de cōi lege de ſpēali em̄ priuilegio ſunt aliq̄ liberati ab iferno meritꝭ ſcōꝝ q̄ nō erāt ibi finalr̄ deputati.vt dꝛ Tho.ꝛ ſic p̄ab bti Gre/ gorij fuit ide traian⁹ libat⁹.vt dꝛ Dam. ꝛ probabile videtur ꝙ aīa eius fuerit ad

Di.xlv. q̄ſtio.j.

De ſuf fragijs.

coꝛpus reducta ſm Tho. ⁊ Rich. Sic
plures in moꝛtali decedētes fuerūt pa-
bus ſanctoꝝ ad vitam reuocati. vt patet
de ſtatco quē btūs Johānes euāgeliſta
ſuſcitauit. ⁊ de filio prefecti vrbis rhome
per beatā agnetē ſuſcitato. Hoc etiā mo-
do chꝛs in ſua reſurrectione de locis in-
ferni in quib' pctōꝛes cruciant̃ eos abſol
uit quos eſſe ſoluēdos occulta nobis ſua
iuſticia iudicabat ea ptāte qua dñs cui
omne genu flectit̃ celeſtium ter. ⁊ infer. vt
dicit Aug. xij. ſu Geñ. in fine. exponēs il-
lud Actuū. ij. Quē de' ſuſcitauit a moꝛ-
tuis ſolutis doloꝛib' inferni. Nec enim
vt dicit Abꝛaam vel ille paup in ſinu ei'
hoc eſt in ſecreto quietis eius: i doloꝛib'
erat: iter quoꝝ requiē ⁊ illa toꝛmēta legi
mus magnū chaos firmatū eſſe. hec Au
guſti. Hoc tñ priuilegiū nō eſt ad ꝯſeqn
§.ij. tiam trahendū. Circa pdicta dubitat̃
vtrū ſuffragia facta p malos in pctō moꝛ
tali exiſtētes ꝓſint defunctis. Rñſio ta
Nota lia ſi ſint opa ſacramētalia vt celebꝛatio
miſſe: ꝓſunt ſiue fiant a bonis ſiue a ma-
lis. q2 ſunt opa dei rōne ꝯtenti. Alia etiā
opa ꝓſunt qñ fiunt a malis ad imperiuz
alicuius boni. vt elemoſyna data ad im-
periū defuncti vel amici eius de reque il
lius eſt vel ad ꝯſoꝛtiū alterius. vt quādo
duo legūt pſalteriū: vnus exiſtens in cha
ritate ⁊ alter nō. ſeu quādo a pctōꝛe dat̃
elemoſyna iuſto vt oꝛet pꝛo moꝛtuo. ſm
Bonauē. valent etiā ſm Tho. ⁊ Rich.
quādo fiunt ab aliquo vt miniſter publi
cus dei ⁊ eccleſie. vt cuz ſacerdos celebꝛat
exequias moꝛtuoꝝ. quia ille intelligit̃ fa-
cere cuius noīe vel vice fit ſm Dionyſiū
ꝺ celeſti hierarchia. Si aūt ꝯſideret̃ opa
tio pctōꝛis ſuffragia facientis: vt eſt eius
ſic nō eſt meritoꝛia defūctis. De hac ma-
teria tacta ſunt aliqua. diſt. xiij. Notādū
q2 licz defuncti iuuent̃ oꝛationib': elemo-
ſynis ⁊ ieiunijs. maxime tñ iuuant̃ p ob-
latione corpis chꝛi vt dicit Raym. Itez
ſciendū ſm Tho. q2 pcipuū qꝺ fit in miſ-
ſa eſt ſacrificij oblatio. ⁊ quo ad hoc tātū
valet ꝓ defunctis vna miſſa ſicut alia
de quocūq3 dicat̃. ſed ex parte oꝛationis
magis prodeſt illa in qua ſunt oꝛationes
determinate ad hoc: ſed tamen iſte pꝛofe-
ctus recōpenſari poteſt per maioꝛē deuo
tionē vel eius qui dicit miſſam vel qui fa
cit dicere. vel per interceſſionē ſancti cui'
ſuffragium imploꝛatur.

E teſtamētis ſunt

D aliqua videnda. Eſt aūt teſta- q.ij.
mentū mentis teſtatio ſeu vo-
lūtatis determinatio de eo qꝺ quis vult
fieri poſt moꝛtē. Quis poteſt facere te- §.ij.
ſtamentū. Rñſio ſm Goffri. quilibz fa-
cere poteſt qui nō ꝓhibet̃. Pꝛohibet̃ aūt
filiuſfamilias teſtari: aut ꝓ anima ſua ali
quid dimittere ſine patris ꝯſenſu: niſi de
peculio caſtrenſi. vel quaſi. poteſt tñ elige
re ſepulturā. extra de ſepul. Licet. lib. vj.
Et dicit̃ filiuſfamilias omnis qui naſcit̃
ex legitimo matrimonio: ⁊ nōduz eſt emā
cipatus. Dicit̃ aūt peculiū illud qꝺ aliqs
poſſidet: ⁊ dicit̃ a pecunia. Pecunia vero
a pecoꝛib'. q2 antiquoꝝ bona erant in pe
coꝛib'. Caſtrenſe autē dicitur qꝺ mili- §.iij.
tes in caſtris ſeu occaſione militie adqui-
rūt. Quaſi caſtrenſe dr̃ qꝺ filiuſfamilias
de ſua ſcientia adqrit ſicut illud qꝺ ꝓpter
aduocationē ꝑcipit. ⁊ ſicut illud qꝺ ma-
giſter liberalium artium percipit de pu-
blico. vel medicus vel quicūq3 alius qui
publica recipit ſalaria vel de aliquo ho-
neſto artificio. vt ponit manipulus cura-
toꝝ. De talib' aūt ꝑmitit̃ filiofamilias
facere elemoſynā ⁊ cōdere teſtamentū q2
in peculio tali pater nihil iuris habz. C.
de inofficioſo teſtamēto. l. vltima. Vxoꝛ
vero pōt facere teſtamentū. extra de teſta
mentis. Judicāte. quia licz ſit ſub viri po
teſtate: habet tñ partem in bonis cōmu-
nibus ſibi ⁊ marito. Vt dicit Rich. Itē
ꝓhibentur minoꝛes etate ſeu impuberes
ſeruus furioſus nō habens lucidum in-
teruallū: pꝛodigus cui eſt bonoꝝ admini
ſtratio interdicta. mutus ⁊ ſurdus a nati
uitate qui nec audit nec loquitur. Pꝛohi-
bentur etiam religioſi quia nihil habent
pꝛopꝛium. ante tamen pꝛofeſſionez teſta-
mentum facere poſſunt cum tunc poſſint
ad ſeculum regredi. heremite autem te-
ſtari poſſunt niſi pꝛopꝛijs renūciauerint.
De religioſis vero qui ad epiſcopatum
aſſumuntur dictum eſt cum de voto age

retur. de publicis etiam vſurarijs dictuꝫ §.iiij. eſt ſupra. Utrum clerici vel epiſcopi ſeculares poſſint condere teſtamentū. Reſpōdeo ꝙ ſic de his que habēt de patrimonio doctria artificio ſeu ſcriptura: aut donatione facta ratione perſone nō intuitu eccleſie. Si etiam eccleſiam leſerint: debent de huiuſmodi rebus damnū eccleſie reparare. De rebus autem eccleſie mobilibus vel imobilibus teſtari non poſſunt cum nō habeant ipſarum proprietatem ſed adminiſtrationē. Poſſunt tamē de eis etiam in vltima egritudine conſtituti largiri pauperibus ꝛ locis religioſis ꝛ his qui ſibi honeſte ſeruierunt. ſiue ſint conſanguinee ſiue non: extra de teſtamē. ad hec. ꝛ ca. Relatum. ij. in textu ꝛ in gloſa. De conſuetudine tamen clerici alicubi teſtanſ de rebus eccleſie mobilibus. Per huiuſmodi tamen conſuetudinē non videntur plus poſſe relinquere ſuis parentibus de bonis eccleſie ꝙ poſſent largiri in vita de quo vide. xxiij. diſt. Utruꝫ clerici vel epiſcopi ꝛc̄. Et notandum ꝙ predium emptum a clerico de bonis ſue prebende vel eccleſie: adquiritur ipſi eccleſie ſiue fuerit emptū nomine ꝓprio ſiue alieno fraudulēter extra de peculio clericoꝝ. ca. j. ꝛ ca. Inquirenduꝫ. In teſtamentis ſm leges multi teſtes requirūtur. ſed leges corriguntur per illud qđ dicit dñs. In ore duorum vel triū teſtiuꝫ. extra eo. Cum eſſes. ꝛ. ca. Relatum. j. Tenent etiam legata nudis verb ſine ſcriptura fcā. extra eo. Iudicante. Licet autē ſit congruū ꝙ teſtamentū fiat coram parochiali ſacerdote vel ſuperiore non tamen neceſſariū: niſi hoc obtineat conſuetudo. ꝛ ſic loquitur illa decretalis. Cum eſſes. ſm Rich. Poſſunt quoqꝫ teſtes ferre teſtimonium in cauſa ſue eccleſie dum tamen in eadem cauſa non ſint actores. extra de teſtibus. Inſuper. Teſtamentū factum contra equitatem iuris naturalis diuini vel poſitiui eſt infringendum. puta teſtator exheredās ſuos heredes qui exheredari nō meruerunt: dans totum alijs vel illegitimam portionem que debetur heredibꝫ. facit contra equitatē iuris naturalis. etiā ſi det eccleſie. xvij. q. vltima. Quicunqꝫ. vbi ſic dicitur. Quicūqꝫ exheredicato filio vult heredeꝫ facere eccleſiam. querat aliū ꝙ Auguſtinum. vnde ſi teſtator habeat aſcendentes vel deſcendentes: illos debꝫ inſtituere heredes. ꝙ ſi nec aſcendētes nec deſcendētes habeat: poteſt inſtituere alios quoſcūqꝫ ſm leges. quibus concordare videtur capitulum allegatum loquens tm̄ de filijs. In premiſſis quoqꝫ ſunt attendende varie terrarum conſuetudines ſi tamen propinqui alij indigerent illa hereditate indigentia manifeſta: teneſ tunc eis hereditatem dimittere: niſi eſſent mali ꝛ huiuſmodi bonis indigni. quia cum precipitur honorare patrem aut matreꝫ precipitur honorare parentelam in his que ad parentelam pertinent ſm Thomam in quodam quolib. qđ videtur habere veritatem de hereditate paterna. nō de his que adquirūtur: ꝛ de tentione cōgruitatis non neceſſitatis vbi conſuetudo eſt in oppoſitum. Aſtexanus non ſequitur Thomā in hoc. pro quo facit qđ dicit Scotus de tranſlatiōe dominij auctoritate legis. diſt. xv. Ad euidentiam predictoꝝ notandum ꝙ legitima portio que debetur heredibus dicitur portio q̄ ipſis debetur ſm leges. vnde ſi filij ſint quattuor vel pauciores: legitima omniū eſt tertia pars hereditatis. Si vero ſunt quinqꝫ vel plures: legitima omnium erit medietas hereditatis. De reſiduo vero poterit pater dare vel legare ad arbitriū ſuum: huiuſmodi tamen leges in varijs locis abrogantur per oppoſitas conſuetudines. Unde in aliquibus locis non poteſt aliquis dare nec legare eccl'ijs vel perſonis extraneis niſi tertiaꝫ partem hereditatiſ. Variantqꝫ hmōi ꝯſuetudines ſm variationē locoruꝫ tam in rebus mobilibus ꝙ imobilibꝫ. ſuntqꝫ obſeruande niſi ſint irrationabiles. vt ponit Iohannes in ſūma confeſſorū. libro. ij. titulo. v. de raptoribus. q. xxij. De rationabili cōſuetudine dictum eſt. diſt. xv. agendo de ieiunio. Utrum heres teneatur ad debita omnia defuncti. Raymūdus diſtinguit inter debita ꝛ legata. debita ſiquidē tenetur ſine diminutione ꝑſoluere. ꝛ hoc ſi hereditas ſufficiat. De legatis vero ſi

tot ſunt ꝙ nō remaneat ei legitima pars: poteſt detrahere ſuam legitimā. Unde ſi heres credit ꝙ hereditas non ſe extendat vltra debita: nihil debet dare de bonis defuncti legatarijs donec ſatiſfecerit creditoribus. Religioſus executor ab aliquo in ſua voluntate vltima deputatus non poteſt (cum velle vel nolle non habeat) huiuſmodi officiū ſuſcipere vel exequi: niſi a ſuperiore ſuo petita ſuper hoc licentia ⁊ obtenta. lib. vj. de teſtamentis ⁊ vltimis volūtatibus. Tales licz ſint exempti vt prelati tenentur ſuper his ordinarijs locorum debitam reddere rationem eo. ti. lib. vij. Fratres minores ſuper executione teſtamentoꝝ ſolum poſſunt tribuere conſilium de verborum ſignificationibꝫ. Exiui. lib. vij. Nota ꝙ nō eſt idē ſm Richardū procurator ⁊ executor. procuratores eniz ſunt qui negocia dominorum viuorum in iudicio adminiſtrāt ad eorum vtilitatem. Executores autez res mortuorum diſtribuunt ad animarū ſalutem ⁊ ideo licet clerici non debeant eſſe dominoꝝ ꝓcuratores. extra ne clerici vel monachi. Sacerdotibꝫ. Poſſunt tamen eſſe teſtamentorum executores. Quādo ſunt a teſtatore plures executores deputati: vno eorū mortuo vel in remotis agēte: aut id exequi forte nolente: ne voluntatem teſtatoris impediri vel nimiū differri contingat: poterit alius niſi teſtator aliud expreſſerit. officium executionis iniūcte libere adimplere. lib. vj. eodez titulo Religioſus. Utrum dilatio executionis in aliquo caſu preiudicet anime teſtatoris. Rñſio ſm Richardum ꝙ ſic. quia q̄to citius eccleſie ⁊ pauperes quibus legatum eſt recipiunt illud qđ teſtator eis legauit: tanto citius ⁊ feruentius orant ꝓ eo: ⁊ ita citius liberat̃. Si tamen legata ſua nunq̄ ſoluerent̃: nec forefacta ſua q̄ ꝑcepit emēdari per executores ſuos emēdarētur nec debita ſoluerētur non ꝓpter hoc remaneret in pena perpetua ſi ante mortem habuerit voluntatem ſatiſfaciēdi pro poſſe: tardius tamen liberaretur. Ex quo patz ꝙ grauiter peccant executores qui ſibi cōmiſſa nō cōplēt oportunitate habita cōpetēti. Teſtamentū ꝯfirmat̃ ꝑ mortē teſtatoris. vt apl's i epla ad Hebr. ſz ante mortē mutari pōt quotienſcūq̄ placuerit teſtatori. Donatio etiā facta inter virū ⁊ vxorē mr̄imonio ꝯſtāte ꝯfirmat̃ morte donatoris: niſi per eundē fuerit reuocata expͤſſe vel tacite. puta ꝑ diuortiū. vel ſi is cui facta fuerat ꝑius moriat̃. extra de donationibꝫ. Inter ꝯiuges don.

v [U]lterius de ſepulturis ſunt aliq̄ vidēda. Et primo vtrū mortuis ꝓficiat ſuoꝝ q̄ſtio.iij §.j. corpoꝝ ſepultura. Rñſio ſm. Rich. ꝙ nō ꝑ ſe. Cōdicio enī ſepulture ⁊ pōpe exequiarū ſunt magis ſolacia viuoꝝ q̄ ſubſidia mortuoꝝ ſm Aug. in li. de cura ꝓ mortuis agēda. Per accidēs tn̄ ꝓſunt inq̄tū ſcz inſpicientes ſepulcra memoriā retinent defunctorum ⁊ pro eis orant. Unde monumentū dicitur quaſi monens mentez. Ultra hoc ꝓdeſt ſepultura in loco ſacro: qꝛ frequētius ⁊ ſpēalius orat̃ ꝓ illis qui in loco ſacro ſunt ſepulti. Adiuuant̃ etiā ſuffragijs ſanctoꝝ qui illorū locoꝝ ſunt patroni dum ipi ꝑ viuos cōmēdant̃. Luminaria etiā ⁊ pāni ⁊ alij ſumptus q̄ fiūt in ſepulturis mortuoꝝ poſſunt ꝓdeſſe ꝑ accidens inq̄tū per talia hoies excitant̃ ad cōpatiendū ⁊ ꝑ ꝯñs ad orandū ꝓ eis ⁊ inq̄tū paupes inde fructū capiūt ⁊ eccleſia ꝓpter deū honorat̃. ⁊ ſic ſepultura inter ceteras elemoſynas computat̃. Eligere pōt aliq̄s ſepulturam dimiſſa antiqua etiā in loco min⁹ religioſo. ex. e. Cū q̄s. li. vj. in fine. Utrū religioſi poſſint eligere ſepulturā. Rñſio ꝙ nō. ſz ſūt apđ ſua monaſteria tumulādi. Poſſent tn̄ eligere ſiqñ mortui eſſēt ab ipis adeo remoti ꝙ cōmode portari ñ poſſet ad illa. ex. e. Religioſi. li. vj. Utrū pr̄es poſſint ꝓ filijs eligere ſepulturā. Rñdeo pn̄t eos ſepelire vbi voluerint ſi ſint minores ſeu impuberes: niſi ꝯſuetudo loci ſit in oppoſitū. Ipi aūt filij eligere nō pn̄t niſi poſt annos pubertatis. extra e. Licet. li. vj. Is q̄ hz domiciliū in ciuitate vel caſtro ſi qñq̄ ad villam ruralē ſe tranſfert recreationis cauſa vel vt ruralia exerceat: ⁊ non electa ſepultura decedit: non debet ſepeliri in eccleſia dicte ville: ſed in ſua parochiali vel

potius in illa in qua maiorū ſuorum ab
antiquo extat ſepultura dūmodo abſqꝫ
periculo ad ipām valeat deportari. extra
eodem. Js qui. lib. vj. Mulier que plu/
res viros habuit: ſi ſepulturaꝫ nō eligat:
eſt cum viro vltimo cuius domicilium ⁊
honorem retinet tumulanda vt habetur
ibidem. Qui decedit nulla ſepultura ele/
cta: debet ſepeliri in ſepulcro parentum.
vel in parochiali eccleſia ſi ſit conſuetudo
vt dicit Johānes andree. Uiator vero
vel alienigena ſi ſepulturam non elegerit
debet ſepeliri apud eccleſiam in qua mor
tuꝰ eſt: ſi nimis a ppa pochia diſtet. ar. e.
Js qui libro. vj. Et notandum ꝙ quan/
do quis alibi elegit ſepulturaꝫ: de omni/
bus que illi loco dimittit: debet ſua paro
chialis eccleſia habere canonicam portio
onem que variatur ſm varias conſuetu/
dines. Alicubi enim eſt medietas: alicu/
bi tertia: alicubi quarta. De his tamen q̄
eligunt ſepulturam apud fratres predica
tores ⁊ minores ponitur ꝙ tenentur da/
re quartam partem parochialis eccleſie de
obuentionibus omnibus tam de funera
libus ꝙ̄ de quibuſcūqꝫ: ⁊ quōcūqꝫ relictꝫ
diſtincte vel indiſtincte id eſt ꝙ̄titate cer/
ta vel incerta ad quoſcunqꝫ certos vſus
etiam de quibꝫ quarta dari nō conſueuit
vel alias de iure non debetur. Item de
omnibꝫ datis in morte vel mortis articu
lo in infirmitate dantis de qua deceſſit
fratribus ipis vel alijs pro eis. extra eo.
Dudum. in cle. Dicuntur autem data
ſm Joh. anō. que teſtator ſoluit in vita.
puta ſi in īfirmitate de qua decedit lega/
tum ſoluit. ſecus eſſet ſi ex illa infirmitate
nō decederet. vt patꝫ ex textu. Relicta ve
ro dicuntur que in teſtamento vel vltima
volūtate mandat dari poſt mortem. Fu/
neralia vero que cum funere portantur.
vt oblationes. Jlla vero que ad certos
vſus legantur de quibus de iure canoni
ca portio non debetur: ſunt que legantur
in ornamentis vel pro eis fabrice: lumi/
naribus: anniuerſario: ſeptimo: triceſimo
⁊ alijs ad perpetuum cultum diuinum.
§.iiij. extra de teſtamen. caplo vltimo. De
his autē predicti fratres deberent quar
tam portionem: niſi haberent priuilegiū
in oppoſitum. nec obſtat ꝙ in illa decreta
li. Dudum. papa reuocat priuilegia con/
traria quia huiuſmodi ꝑuilegia citra edi
tionem huius decretalis fuerunt per ali/
quos ſūmos pontifices confirmata. Cō
tinetur etiam in illo priuilegio ꝙ nō tenē
tur dare quartam portioneꝫ de illis que
leguntur pro libris victu indumentis ac
quibuſdaꝫ alijs ibi determinatis. Et no
tandum ꝙ per priuilegia ſedis apoſtolice
diſpenſatur in iure cōmuni etiam conſili/
orum cuiuſmodi eſt illa conſtitutio. Du/
dum. licet non fiat de ipo mentio cum cō
ſtant de mente concedentis. puta quan/
do conceduntur non per nimiam occupa/
tionem vel inaduertentiā: ſed ex certa ſciē
tia. vt patet extra de capellis mo. c. penul
timo in fine. Per locuꝫ a contrario ſenſu.
patꝫ etiam in gloſa ibideꝫ. ⁊ extra de eta/
te ⁊ qualitate ordinandorū. Eam te. Ta
lis eſt confirmatio quorundā priuilegio/
rum fratrum minoꝝ facta per Eugeniuꝫ
quartum. vt in ꝑncipio eius exprimitur.
De hoc nota qd dicitur in fine diſti. xviij
a Rich. Ad maiorem declarationem §.v.
predictorū notanduꝫ vt habetur in quo/
dam tractatu qui dicitur editus a docto
ribus Bononiēſibꝫ ſuper huiuſmodi ca/
nonica portione. ꝙ fratres non tenentur
dare quartam portionem de relictis ſibi
quando preſbyter parochialis eſt contē/
tus: relicto vel legato ſibi facto pro iure
ſepulture. vel quando ſuper hoc aliquid
petit ab amicis defuncti ante ſepulturaꝫ
vel poſt pro iure ſibi debito cum eis com
ponendo. quia tunc tacite iuri ſuo qd ha
bet in quarta relictoꝝ fratribꝫ renuncia/
re cōuincitur. Proponitur extra de teſta.
Officij. vbi dicitur ꝙ ſi portionē illa con
ditione legauit epiſcopo vt eſſet illa con/
tentus ⁊ epiſcopus acceptauit. quia per
hoc alijs renūciaſſe videtur de ceteris nō
poterit exigere portionē. Uocatur autē
ibi ius ſepulture mortuariū. Dicitur etiā
in illa decretali Dudum. Ultra autem
portionem hmōi nihil valeant parochia
les rectores curati ⁊ prelati exigere ſupra
dicti. quia vero vt fuit dictum diſtin. xv.
Jgnorantia ⁊ aliqualis coactio excludūt
voluntariū. Predicta nō videntꝰ vera ſa/

cerdote parochiali ignorãte legatũ factũ
fratribus vel ius quod habet in huiuſ-
modi legato: vel etiãſi quaſi coact⁹ com-
ponat cum amicis defuncti vidẽs ſe nõ
poſſe libere habere quartam portionem
§.vj ſibi debitam a fratrib⁹. Quid ſi teſta-
tor aliquid reliquit ſuo curato ſub condi-
cione p̃dicta et curatus condicionem nõ
acceptet: vel ſi teſtator aliquid abſolute
ſeu ſine condicione eidem reliqt. Reſpon-
ſio. Fratres predicti nihil tenent dare cu-
rato de legato ſibi facto: ſi illud quod te-
ſtator reliqt ſacerdoti ſuo cõiũctũ legato
fratrũ: facit preciſe quartã partem. Ver-
bi gratia Teſtator legat curato decem: et
fratribus triginta. decem et triginta faci-
unt quadraginta. et decem ſunt quarta
pars de quadraginta. extra de ſepultur.
ca.j. et ca. Relatum. et ca. Cum ſuper. vbi
dicit q̃ de toto teſtamento debet quar-
ta. hoc eſt de toto relicto fratrib⁹ et ſue ec-
cleſie: vt ſatis innuit in predictis capitu-
lis. alioquin ſacerdos parochialis habe-
ret aliquid vltra quartã: quod tamẽ ha-
bere non debet: vt patet ex illa decretali
Dudum: ſup̃ius allegata. Si vero illud qđ
teſtator reliquit ſue eccleſie coniunctũ le-
gato fratrum eſt min⁹ quarta parte: pu-
ta quia ſacerdoti legata ſunt octo et fratri-
bus triginta: tunc curatus aget ad ſup-
plementum. vnde de trigintaocto habe-
bit quartam partem: ſcilicet nouem ſol-
dos cum dimidio. Predictis concordat
directoriũ iuris. addit quoq̃ q̃ ſi fratres
minores et p̃dicatores ſepelirent aliquem
qui non elegit apud eos ſepeliri: non de-
berent quartam. quia decretalis Dudũ
non artat. Si etiã teſtator qui apud fra-
tres elegit ſepulturam: leget aliquid ali-
cui fratri tanq̃ ſingulari perſone vt oret
pro eo: vel quia cõfeſſor eius: vel ratione
parentele: nõ debetur de hoc quarta. q̃a
non debet niſi de his que debentur ra-
tione ſepulture: vt dicũt predicti. extra de
ſepult. Cum liberum. Concordat Ho-
ſtienſis. Oppoſitum tamen huius tenet
Johãnes Andree ſup ſeptimũ decreta-
§.vij. lium. Quid de his qui in vna eccleſia
ſolent audire diuina et in alia recipere ſa-
cramenta: Reſpondeo q̃ portio canoni-
ca dabitur eccleſie in qua recipiunt ſacra-
menta. extra eodem cap.j. Quid ſi in-
firmus in vna parochia faciat ſe deferri
ad aliam: et ibi moriatur. Reſponſio ſm
Raymundum. prima eccleſia non p̃pter
hoc priuatur canonica portione. ar. extra
eodem. De his. Quid ſi proprius ſa- §.viij.
cerdos corpus ei⁹ qui alibi ſe ſepeliri ele-
gerat violenter rapuerit. Reſponſio ſm
Hoſtien. Amittit ius qđ in eius mortua-
rio habet et oſſa reſtituet. extra eodem ti.
Cum liberum. Idem ſi aliquis conuen-
tus totus vel maior pars eius hoc feceri-
rit. ſecus ſi minor pars vel ſolus p̃latus
hoc feciſſet. Ponuntur autem plures alij
caſus in tractatu ſupradicto. qui Johan-
ni andree ceteriſq̃ doctoribus Bononi-
enſibus attribuitur in quibus non de-
betur aliqua portio ab ipſis fratribus.
Primus eſt quando is qui apud eos ele-
git ſepeliri decidit ab inteſtato. ſeu quã-
do ab eius amicis aliqua ipſis fratribus De ca-
dantur. hoc patet quia non debetur niſi nonica
de funeralibus et de relictis in teſtamen- portiõe
to. vt patet ex decretali. Dudum. Item danda
non debetur quando relinquens aliquid incert.
fratribus: alibi ſepelitur vt patet ex eadem
decretali que non loquitur niſi de illis
qui apud eos ſepeliuntur. Item quan-
do aliquid relinquitur ad incertos vſus
probatur per argumentum a contrario
ſenſu quia decretalis determinat huiuſ-
modi portionem debere de relictis ad cer-
tos vſus. Oppoſitum tamen huius vi-
detur tenere Johannes andree ſuper ſe-
ptimum decretalium. quapropter cum
in dubijs via tutior ſit eligenda tutius eſ-
ſet de omnibus in teſtamẽto relictis per
eos qui apud fratres ſepeliuntur dare
quartam portionem niſi oppoſitum ha-
beant ex priuilegijs. Pro cuius eui-
dentia ſciendum q̃ Benedictus vndeci-
mus conceſſit in conſtitutione que inci-
pit. Inter cunctas. et quidam eius prede-
ceſſores q̃ non daretur a fratribus mi-
noribus portio canonica de relictis in vl-
tima voluntate: niſi de illis qui cum fu-
nere portantur. licet autem hec conſtitu-
tio fuerit per Clementem quintum reuo-
cata. tamen quo ad hoc manet in vigore

ſuo per priuilegium Pauli pape.moder-
ni qui ex certa ſcientia Anno domini mil
leſimoquadringenteſimoſexageſimoqn-
to cõfirmauit omnia priuilegia per quoſ
cunqꝫ rhomanos pontifices ipis fratri-
bus ſub quacunqꝫ forma verborum con
ceſſa:non obſtantibus conſtitutionibus
apoſtolicis ceteriſqꝫ contrarijs quibuſcũ
qꝫ. Volebat autem Benedictus de his
qui cum funere portantur dari medieta-
tem. Clemens autem tm̃ ponit quartaꝫ
partem. Notabat quoqꝫ idem Benedi-
ctus quattuor caſus de iure ꝛ quinqꝫ de
conſuetudine a quibus fratres non pote
rant abſoluere. Clemens autem tm̃ lo-
quitur de caſibus epiſcopis de iure reſer
.ix. uatis vt patuit ex precedentibus. Po-
ne ꝙ aliquis elegit ſepulturam apud ali-
quam religionem: poſtea intrat in ipſam
ꝛ decedit.nunquid locus religionis tene-
bitur eccleſie illius in canonicam portio-
nẽ: Reſpõſio ſm Raymundũ. ꝙ ſi trãſit
in infirmitate de qua moritur: tenetur.ex
tra eodem.De his.ſecus ſi tranſit in ſani
§.x. tate aut etiam in infirmitate de qua non
moritur. Quid de leproſis qui domũ
intrant leproſoꝝ:nũquid presbyter paro
chialis petere poteſt canonicam portionẽ
Rñdet Rodoneñ.ꝙ non poteſt de iure.
quia perinde eſt acſi tranſierint ſani ad
religionẽ:niſi forte morerent̃ ex violentia
lepre.In hoc tamẽ tenẽda eſt ꝯſuetudo.
Notãdũ ꝙ ſi aliqs hñs duo domicilia in
quibus equaliter moratur.eligat alibi ſe
peliri:eccleſie domiciliorum diuident in-
ter ſe canonicam portionem. libro.vj.eo-
dem titulo. Cum quis. Prohibentur in
cimiterio ſepeliri pagani ꝛ iudei. de con-
ſecratione diſt.j.Eccleſiam. Item excõ-
municati.libro ſexto de priuile.epiſcopo
rum.Item qui ex deſperatione vel ira ſe
interficiunt.xxvj.q v. Placuit. Reconci-
liati ſunt ſepeliendi ꝛ illi in quibus ſigna
penitentie apparent ad qđ probandum
ſufficit vnus teſtis.xxvj.q.vj. Qui rece-
dunt. Excipiuntur illi qui in torneamen-
tis congrediendo letale vulnus accipiũt
qui carere debẽt eccleſiaſtica ſepultura:licꝫ
eis pnia nõ neget̃ ꝛ hꝰ vt alij territi a tali-
bus abſtineãt. Dicũt̃ aũt torneamẽta nũ
dine i quibꝰ milites ꝯuenire ſolẽt cauſa lu
di ſicut ad nũdinas.ꝛ temere ꝯgrediunt̃
ad oſtentationẽ viriũ ſuaꝝ atqꝫ audacie:
que ꝓhibentur.quia inde mortes homi-
num et ꝑicula animaꝝ ſepe proueniunt.
extra de torneamentis.ca.j. De hoc dicit
Thomas i ſcđa ſcđe.q.xl.ꝙ exercitia ho
minũ ad res bellicas non ſunt vniuerſa-
liter ꝓhibita:ſed inordinata ꝛ periculoſa
ex quibꝰ occaſiones ꝛ depꝛdationes ꝓue-
niunt. Apud aũt antiquos exercitatiões
ad bella ſine huiuſmodi ꝑiculis erant:vt
dicit Hieronymꝰ. Milites autẽ qui ad
torneamenta accedunt animo pugnandi
ſi ibi aliqui occidant̃: licꝫ ipſi nec occidãt
nec mutilent:non debent ad ordines ꝓ-
moueri.quia ad rem prohibitam acceſſe
runt.poteſt tamẽ cũ eis Epiſcopꝰ diſpẽ-
ſare: vt dicunt Raymun.et Rodoñ. de
quo vide in Aſtexano li.j.ibi etiam agi-
tur de his qui bellis interſunt.De inter-
dictis:vſurarijs:et raptoribus dictuꝫ eſt
prius. Utrũ illi qui excõmunicatꝰ eſt §.xj.
pro manifeſto exceſſu:et in mortis arti-
culo per pſbyterum ſuuꝫ abſoluit̃:debe-
at cimiterium denegari et alia eccleſiaſti-
ca ſuffragia: Reſponſio ꝙ non.vt habe-
tur expꝛſſe extra de ſepulturis. Parochi-
ano.Conſuetudo tamen eſt in multiſ di-
oceſibus ꝙ tales in cimiterio non ſepeli-
antur:niſi primo habita licentia dioceſa
ni.quia per hoc ad ſatiſfactioneꝫ facilius
compelli poſſunt heredes. Cui cõmuni-
camus viuo: cõmunicare debemꝰ et de-
functo.extra c.Ex parte.niſi euidẽter ap-
pareat quare non ſit ei cõmunicandum:
vt cum euidens eſt aliquẽ in mortali pec
cato deceſſiſſe. puta cum quis ſuſpendit
ſe vel ꝑcipitat.xiij.q.ij. Pro obeuntibus.
in textu ꝛ in glo. Quid de his qui in §.xij
patibulo ſuſpẽdunt̃: Reſponſio.ſi peni-
tuerint: nec cõmunio nec ſepltura eſt eis
denegãda.xiij.q.ij.Queſitum. Uerũta-
men ad deponenduꝫ eos de patibulo li-
centia iudicis ſecularis requirit̃: ne iuſti-
cia cõtẽni videat̃.ff.de cadaueribꝰ puni-
torũ.li.j.et.ij.qui licẽtiam negare nõ de-
bet:vt ibi ponit̃. Utrũ mulier defun- §.xiij.
cta pregnãs debeat ſepeliri: Reſponſio
ſm Hoſtien. Si certum eſt ꝙ partꝰ mor

tuus ſit:tūc mulier cum partu ſepelietur. Si autē certū eſt ꝙ partus viuit:vel dubitatur de hoc:tunc ipſa mortua:eſt cito baculus in ore femine ponēdus:debetꝗ ſcindi. etſi partus viuit debet baptizari. ſi ꝓ mortuus eſt:extra cimiteriū ſepeliri Corpora paganoꝝ vel excōmunicatorū ſi ſint in eccleſia vl' cimiterio ſepulta:ſunt eijcīēda:ſi diſcerni poſſunt.aīas nō. extra de ſepul. Sacris. Nec licet ibi celebrare. de conſe. diſt. j. Eccleſiam. Suntꝗ eccleſia et cimiterium reconciliāda.extra de cōſecra.eccleſie. Conſuluiſti. Quid ſi dubitef de cadauere vtruȝ fuerit chriſtiani:
§.xiiij
pagani:vl' excōmunicati? Reſpō.io. Videtur in meliorem partem interpretandū. niſi aliqua ꝓbabilitas eſſet de oppoſito. Corpora defunctorū ſi non poſſunt deferri ad locum vbi elegerunt ſepulturaȝ: ſunt in alio loco ad tempus ſepelienda:⁊ poſt incinerationē transferenda. Oppoſitum aūt facientes: ipſa exenterādo aut membratim concidendo pro ipſis transferendis:ſunt excōmunicati:et non niſi a papa poſſunt abſolui:vt habetur i quadam extrauaganti Bonifacij octaui:cuius ꝑncipium Deteſtāde. Circa predicta Notandū ꝙ legatū eſt in vltima volūtate aliquaȝ rem alicui dimittere. Legatum ꝓ dicit quod in vltima voluntate alicui dimittit.

q.iiij.
§.j.
De oratōibus animarum defunctoꝝ Sciendū ſm Richardū ꝙ anime defūctorum in charitate ſiue ſint in purgatorio:ſiue in paradiſo orant pro nobis. Si eñ exiſtentes in charitate nō confirmati ante mortē pro nobis orabant:probabilius eſt ꝙ pro nobis orēt in charitate cōfirmati. Exaudiunt autē ſemper exiſtentes in patria pro nobis orando quia nō orant niſi quod agnoſcunt deū velle.nec tamē fruſtra orant.quia vident deū hoc velle facere ad preces eoꝝ. Cognoſcunt quoꝗ ſupplicationes quas eis porrigimus in verbo dei quod ſemper vident. Exiſtentes autē in purgatorio: eorū que hic agimus triplici modo habent noticiam: vt dicit Auguſtin⁹ in libro de cura pro mortuis agenda.ſcȝ reuelatione eorum qui hinc ad eos moriendo pergūt. ſeu per angelos bonos.aut diuina reuelatione. Proſuntꝗ nobis oratiōes ipſorum:niſi ſit impedimētū ex parte noſtra. Nec obſtat ꝙ ſunt in pena.quia tunc orationes noſtre qui in pena ſum⁹ non prodeſſent. Orant etiam pro ſe ſupplicando diuine miſericordie vt ſm ſuum beneplacitum miſereaf eorum:quod valet ad pene eorum mitigationem et abbreuiationem. Adiuuantur quoꝗ precibus beatorum qui omnibus eccleſie mēbris adiutorio ſuo indigentibꝫ ſubueniūt. Hec Richardus.

Circa diſtinctionē q̄dragesimāſextā queritur Utrum deus poſſit ꝑtermittere opera iuſticie? Ad hoc dic̄ Thomas ꝙ lȝ deus non poſſit facere cōtra iuſticiam: eum qui non meruit puniendo: poſſet tamen facere preter iuſticiam minus puniēdo: vel penam totaliter remittēdo. Poſſet quoꝗ hic diſtingui de potētia abſoluta vel ordinata. de quo .xliij. di.j. In deo quoꝗ eſt miſericordia que eſt promptitudo voluntat̄ ad ſubueniendū miſeris:ſecluſa tamen paſſione triſticie de miſeria alicuius. Maxime autē deo attribuitur miſericordia. Unde in pſal.non tm̄ dicitur miſericors:ſed multum miſericors. Et eccleſia canit. Deus cui proprium eſt miſereri ⁊c̄. quia vt dictum eſt premiat vltra cond'gnum:et punit citra condignuȝ. Ut eñ ait Pſalmiſta: non continet in ira ſua miſericordias ſuas. Effectumꝗ iuſticie qui eſt punitio ordinat ad effectū miſericordie qui eſt ſaluatio. Unde perpetua dānatio reproborum redundat in gloriam beatorum. et erit aliqua materia perpetue laudis condecentie diuine bonitatis in electis. di.xlvj

Diſti. lxvij. q.j.
In diſtinctione.xlvij.agit mgr̄ de vniuerſali iudicio. Ubi ſciēdū ꝙ lȝ i

De iu-dicio ex-tremo

morte quilibet aſcribat᷑ regno vel carce-
ri: congruum tamen eſt in fine mundi ꝙ
tota multitudo etiam ſimul aſcribat᷑. In
q̄ manifeſte non tm̄ anime ſed etiam cor-
pora totum p̄mium vel ſupplicium reci-
pient. Erit autem tunc diſceptatio ⁊ ſen
tentie prolatio vocalis: vt videt᷑ innuere
euangelium conſcientieq; ſingulorū erunt
omnibus patentes. Que em̄ non repu-
gnant formaliter ⁊ poſſunt ſucceſſiue re-
cipi in aliquo: per potentiā diuinam poſ
ſunt ſimul recipi in eodē. et ſic intellectio-
nes diſtincte meritoꝝ ſingulorū poſſunt
ſimul eſſe in vno intellectu. Approba-
bunt ꝟo omnes electi iudicis ſententiam
Unde dicit᷑ in Apocal. Audiui vocē tu
barum multaꝝ in celo dicentiū Alleluia
laus et gloria deo noſtro: quia vera ⁊ iu
ſta iudicia eius ſunt. Loc⁹ aūt iudicij erit
vallis ioſaphat: iuxta Joelis teſtimoni-
um: iniquis ibidem et circūquaq; exiſten
tibus. Boni ꝟo (vt ait Apoſtolus) rapi
entur ſimꝉ in nubibus obuiam chriſto in
aera. Faciem quoq; iudicis p̄cedet ignis
mundi purgatiuus: vt ait Pſalmiſta. qui
forte vt dicit Sco. non erit niſi in deter-
minata pte terre: et ſuper terram ſucceſſi
ue mouebit᷑: et tantum aſcendet quantū
aſcenderūt aque diluuij: ſm Auguſt. vt
habetur in littera. Precedet autē ignis il
le iudicium: vt dicit Richard. q̄tum ad
ſuum initium: concomitabit᷑ q̄tum ad
ſuum ꝓgreſſum: ſequet᷑ ꝟo q̄tum ad ſue
operatiōis complementū. Et incipiet (vt
quidam dicunt) purgare in ſuꝑiori par-
te a qua chriſtus incipiet venire ad locū
iudicij. et tunc motus celi ceſſabit: ⁊ reſur
gent illi qui tunc inuenient᷑ mortui. et illi
q̄ tunc inuenient᷑ viuentes valde cito mo
rientur: et quaſi ſtatim poſt p̄dict⁹ ignis
deſcēdet ⁊ purgabit illud quod inueniet
purgādū in electis. Quo facto: ſtatim re
ſurgent. et tūc illi et alij electi qui parum
reſurgent ante eos rapient᷑ ſimul obuiā
chriſto in aera. Et hec omnia fient ante-
q̄ chriſtus ꝑueniat ad locum iudicij. Et
ſic patet ꝙ chriſtus veniet ad locū iudi-
cij ſucceſſiue: ſicut ſucceſſiue in celos aſcē-
dit. iuxta illud Actuū. j. Sic veniet ⁊c.
Cruciabunt᷑ aūt impij illo igne durante
iudicio: ipſoq; completo: cum parte illi-
us ignis impuriori et ſordibus mundi
p̄cipitabunt᷑ in infernū. Purior aūt pars
illius ignis in preiacentē materiam reſol
uetur. Hec Richar.

Q Uia agitur hic de q.ij.
iudicio: videnda ſunt aliq̄ bre §.j.
uiter de iudicib⁊ ⁊ aduocatis.
Et primo ſciēdum ſm Raymun. ⁊ Ho-
ſtien. ꝙ non licet iudici vendere iuſtū iu-
dicium. xj. q. iij. Non licet. Qui aūt acci-
pit pecuniā vt iudicet: vel vt nō male ſed
bene iudicet: tenet᷑ reſtituere ei qui dedit.
Si ꝟo ei data fuerit vt male iudicet ſeu
ad ipſum corrumpendū ne iuſticiā debi-
tam faciat: non debet reſtituere ei qui de
dit: quia turpiter dedit: ſed ei in cui⁹ in-
iuriam accepit: vel pauperibus. Idē etiā
dicendum ſi iudex accepit pecuniā vt nō
iudicaret cum deberet iudicare. j. q. j. cir-
ca finem Imꝑator. et ca. ſequentib⁊. De
ſponte autē oblatis credit Raymū ꝙ nō
debeant a partib⁊ illa recipe ꝓpter ſuſpi-
cionem vitandā: niſi cōſideratis circūſtā-
tijs ſuprapoſitis circa mūera: agēdo de
ſimonia. Quomō aūt teneant᷑ iudices a
ſede aplica delegati ad reſtitutiōeꝫ: habet᷑
extra de reſcriptis. Statutum. §. Inſuꝑ
li. vj. Iudex qui ſciēter iniuſte iudicauit
timore: cupiditate: odio: amore: vel alia
quacunq; cauſa: tenet᷑ leſo ſatiſfacere: niſi
poſſit inducere illum pro quo tulit ſentē-
tiam ad plenariā reſtitutionem: vt dicit
Raymun. Iudex ꝟo eccleſiaſticus q̄ con
tra iuſticiā et contra cōſcientiam in gra-
uamen partis alteri⁹ in iudicio quicquid
facit per gratiam vel per ſordes: ſeu pre-
ce vel precio: ſuſpenſus eſt per annum ab
executione officij: et debet cōdemnari ad
eſtimatiōem litis parti quā leſerat. Et ſi
ſuſpenſione durante ingeſſerit ſe diuinis
officijs: fit irregularis. nec niſi per papam
poterit liberari. extra de ſenten. et re iud.
Cū eterni. libro ſexto. Quid ſi iudex
nullo modo ſententiā ferre voluit: et ideo
pauper aliquis vel alius ius ſuum amiſi-
t? Reſponſio ſm Raymun. ⁊ Hoſtien.
tenet᷑ leſo ad eſtimationem litis. xxiij. q. ij.
Domin⁹. Utrum iudici liceat iudicat

re ꝓpter pꝛ̄bata contra veritatem quā ipſe
nouit? Ad hoc dicunt quidā ꝙ ſi iudex
in tali caſu non poteſt inuenire occaſiōē
liberādi innocētē: debet eum ad ſupiorē
remittere iudicandū. Si aūt nec hoc po-
teſt: non peccat ſm allegata ferēs ſenten
tiam quia ipſe non occidit eum: ſed illi q̄
aſſerunt eum nocentē. Huꝰ opinionis
ſunt Tho. et Rich. Rodo. ṽo credit ꝙ
iudex eum quē nouit inocentē nullo mo
do debet ad moꝛtem vel mutilationē cō
demnare: etiāſi ſupioꝛ ei pcipiat. etſi hoc
faciat moꝛtaliter peccat. et potius debet
oīa mala ſuſtinere q̄ꝫ hoc facere. Et di-
cunt aliqui ꝙ preſtari debet corā cōmu-
nitate ſe non habere cōſcientiā cōdēnan-
di ipm: quia ſcit eum innocentem. et hoc
ne cōmunitas ſcandalizet̄. Sed ſi nō ha
bet ſupioꝛē: cū nulli ſubſit niſi deo: mul-
to minus debet contra certam ſcientiam
cōdemnare innocentē pꝛo quocūqꝫ teſti-
monio. pꝛopterea dicit. l. Preſente. ff. de
penis. Sāctius eſt nocentē impunitū re-
linquere q̄ꝫ innocētē damnare. Quid
de miniſtris ſententias exequentibꝫ con-
tra inocētes? Dicit Ray. ꝙ ſi miniſter ſci
at ꝙ cōdemnatꝰ eſt innocens: non debet
exequi mandatum iudicis. ſecus ſi dubi
tat: tunc eñ excuſat̄ obediendo. xxiij. q. j.
Quid culpat̄. Notandū ꝙ ſi aliq̄s ex le-
uibus indicijs de bonitate alicuius inci-
pit dubitare: talis ſuſpicio eſt pctm̄ veni
ale. Cum aūt quis ex leuibus indicijs ꝓ
certo maliciā alterius eſtimat: ſi ſit de ali
quo graui: eſt peccatū moꝛtale: cum non
ſit ſine contemptu ꝓximi ſm Thomā in
ſumma. et eſt iudiciū temerariū. De quo
dicit dñs in euangelio. Nolite ante tem-
pus iudicare. Temerariū etiam eſt iudi-
care de futuro euentu alicuiꝰ. Unde di-
cit ibi glo. Neſcimus qualis futurus eſt
eſt qui nunc apparet malus: de cuiꝰ coꝛ-
rectione deſperare temerarium eſt.

Aduocatus qui ſcienter defendit cau
ſam iniuſtā grauiter peccat: vt dic̄ Tho.
ij. ij. q. lxxj. q2 illicitū eſt coopari alicui ad ma
lum faciendū ſiue conſulendo ſiue alias.
Si aūt ignoꝛanter iniuſtā cauſam defen
dit: excuſat̄ eo mō quo ignoꝛātia excuſa-
re poteſt. Si ṽo in pncipio credidit cau-
ſam iuſtam eſſe ⁊ in pceſſu appareat iniu
ſta: non debet ꝓpter hoc eam pdere: ſecre
ta ſue cauſe alteri pti reuelādo. ſed debet
eam deſerere: vel eum cuius cauſam agit
ad cedendū inducere: ſeu ad cōponendū
ſine dāno aduerſarij. Hec Tho. In cau
ſa aūt q̄ꝫ diu dubia eſt: bene poteſt aduo
catus patrocinari ſm Rod. Debitꝰ mo-
dus aduocandi ſm Ray. eſt vt nō pdu-
cat falſa inſtrumenta: neqꝫ teſtes falſos:
neqꝫ querat in grauamē ptis alterius di
lationes nō neceſſarias. Si aūt per cauil
lationē ſuam abſtulit aduerſario ſuo bo-
nam cauſam vel eum grauauit indebite:
tenet̄ ſatiſfacere. Tenet̄ etiā his q̄bus pꝛ̄-
ſtitit auxiliū ſi ꝓpter ſuam infidelitatem
vel negligentiā cauſam iuſtā amiſerūt. et
hoc quando iactabat ſe ſcientē ⁊ nō erat:
vt dicit Rod. Aduocato defendenti iu-
ſtam cauſam licitū eſt occultare ea q̄bus
impediri poſſet pceſſus eius. nō aūt licet
ei vti aliqua falſitate ſm Tho. Aduoca
tus ſm Ray. poteſt petere moderatū ſa-
lariū: ſiue ab initio faciendo pactum: ſiue
poſt. q̄ꝫ finita eſt cauſa: ſm quantitatē cau
ſe ⁊ laboꝛē aduocationis: ſcientiā ⁊ hone
ſtatē aduocantis: et cōſuetudinē regiōis.
iij. q. vij. Tria. §. Apud vrbem. Si autē
ſalariū extoꝛſit plus q̄ꝫ debuit: reſtituere
tenet̄. Si tñ ſine fraude ⁊ dolo ſpōte ob-
lata recipiat: non tenet̄ ad reſtitutionem.
Aduocatꝰ ſm Tho. tenet̄ cauſe paupis
patrocinari qñ nō apparet qualiter poſ-
ſit ei ſubueniri in pꝛomptu. Et idē dicen
dum de alijs neceſſitatibꝫ. ſicut ſententia
nō debet eſſe venalis: ſic nec teſtimoniū:
vt dicit Auguſtinꝰ. Nō licet ſacerdotibꝫ
ferre teſtimoniū in cauſa ſanguis: vt pa-
tet ex his que dicta ſunt de homicidio.

Notandū ſm Tho. ij. ij. q. lxx. ꝙ ſi quera-
tur teſtimonium pꝛo liberatōe hominis
a quacūqꝫ pena vel damno iniuſto: tenet̄
homo ad teſtificandū. etſi teſtimoniū nō
requirat̄: tenet̄ facere quod in ſe eſt vt ve
ritatē denunciet alicui qui ad hoc pdeſſe
poſſit. iuxta illud pſal. Eripite pauperē ⁊
egenū de m. p. li. Si ṽo querit̄ teſtimo-
nium ſup his que ptinent ad damnatio
nem alicuiꝰ: nō tenet̄ homo ferre teſtimo
nium niſi cū a ſuperioꝛi cui obedire tenet̄

in his que ad iuſticiã ptinent compellit. Nec tenet ferre teſtimoniū in occultis ſed in manifeſtis: et in his in quibus infamia pceſſit. Accuſatores dicunt large non ſolum qui accuſant alium de crimie ad penam canonicā vel legalem: ſed etiam qui denunciant crimē alicuius ad penitentiam pagendam. Et vtriq; debēt pcedere ex charitate: vt. ſ. accuſati corrigant et ceteri terreantur. Siue eīn plectendo: ſiue ignoſcēdo: hoc ſolum bene agitur vt vita hominū corrigat. vt dicit Aug⁹. Et caueant vtriq; ſibi ne publicent crimē niſi pbationes paratas habeāt. Eſt etiam pmittenda admonitio charitatiua. de q̄ dictum eſt ſupra. Hec Raymun. Actio autem dicit ius pſequendi in iudicio qđ ſibi debet. Acta vero dicunt publice ſcripture negociorū que gerunt ordinem cōtinentes.

Diſt. xlviij. §. j.

Circa diſtinctionem. xlviij. in qua Magiſter determiat de his q̄ pertinent ad pſonam iudicis Sciendū: q̄ chriſtus in forma humana iudicabit nō pncipalit ſed ſubautoritatiue. Iudicare eīn pncipaliter competit chriſto in q̄tuz deus. Videbit aūt chriſt⁹ in aſſumpta humanitate tam a bonis q̄ a malis: vt patet in euangelio: vbi dicit q̄ videbit cum poteſtate magna ⁊ maieſtate. q̄ viſio erit terribilis reprobis ⁊ delectabilis electis. Boni vero vltra hoc gloriā anime ac ipſam diuinitatem oculo mentali clare videbūt in q̄ ſumme delectabunt. Precedēt q̄z aliqua ſigna iudicium: vt teſtat euāgelium Erūt ſigna ⁊c̄. De illis vo ſignis que dicit Hiero. ſe repperiſſe in libris annalibus hebreoꝝ eſt incertum: cum ibi ſint q̄dam que parum habent veriſimilitudinis: vt dicit Richar. Erunt aūt reprobi in terra ad ſiniſtrā iudicis. Electi vo i aere ad dexteram. iuxta illud ad Theſ. Rapiemur obuiam chriſto in aera. Per hoc q̄ dicit obuiam chriſto: deſignat q̄ hoc erit ante iudiciū. et non tm̄ poſt quando cum iudice ibunt in celos. Vn̄ tn̄ pfecti eminentius ⁊ magis ꝓpe iudicē erūt. Completo aūt iudicio non erit actio ⁊ paſſio elementorū ad inuicem: nec generatio in his inferioribus cu⁹ non erit cauſa totalis ceſſatio motus celi. quia ad pces Ioſue ſol et luna ſteterunt. etſi alia corpora celeſtia non ſteriſſent: totus ordo corpoꝝ celeſtiū fuiſſet immutatus. Nec ꝓpter hoc omiſit Ioſue pugnare. nec ceſſauerunt oēs actiones naturales per totū mundū. Alia igit ratio huius aſſignat. quia cauſa pma ſine qua nulla creatura poteſt in ſuā actionem: non coopabit cauſis ſecūdis ad huiuſmodi opationes. Tunc autē augebit lux corporū celeſtiuz: iuxta illđ Eſa. Erit lux lune ſicut lux ſolis: vt electi deum in ſe cōtemplantes: ipm etiam cōtemplent in ſuis effectibus ⁊ ſpūalibus et corpalibus. et in corporibus delectabit oculus corporalis. Tunc etiam erit bonitas in creaturis quā reqrit optim⁹ vniuerſi ordo per compationem ad iuſticie: ſapientie: et miſericordie diuie manifeſtationē. Eadem aūt crux numero in qua crucifix⁹ eſt dominus portabit ad iudicium miniſterio angelorum: vt reprobis ſit maior confuſio: ⁊ electis expreſſior materia aſſurgendi in laudem chriſti. nec eſt incōueniēs ſi per diuinam potentiā in ppetuum cōſeruetur: vt dicit Richar.

Diſti. xlix. q. j. §. j.

In diſtinctione. xlix. agit magiſter de retributione iuſtoruz. Vbi ſciendum q̄ duplex eſt beatitudo. ſ. increata que eſt obiectū beatificum. ſ. ipe deus. et beatitudo creata que conſiſtit in cōiunctione nature intellectualis ad obiectum btificū p actum intellectus ⁊ voluntatis Vnde retributio iuſtoꝝ cōſiſtit maxime in viſione clara diuine eſſentie q̄tum ad intellectum: et fruitione ſeu dilectione cōſequente talē viſionē q̄tum ad volūtatē per quam aīa totaliter q̄etat in obiecto btifico. iuxta illud pſal. Saciabor cū apparuerit gloria tua. An aūt cōſiſtat btitudo pncipalius in actu intellectus vel volūtatis: ſunt opiniones varie. Scđm autē Richar. et Sco. principaliter cōſiſtit in actu voluntatis que eſt regina in regno aīe imparans

intellectui ⁊ alijs potentijs: cui ſubſeruit
intellectus ſicut lumis portitor dño ſuo.
Secũra ꝗ3 eſt anĩa de ꝑpetuitate cõiun/
ctionis ſue ad ad obiectũ btificum. Erit
aũt maior btitudo poſt reſurrectionẽ ꝗ̃
ante. q: vt dicit Aug. ſup Geñ. Anime a
corpore ſepate ineſt ꝗdam naturalis ap/
petitus corpis admiſtrãdi quo retardaṫ
quodãmodo ne tota intentione in deum
tendat. Erũt etiã in corpe glorioſo q̃tu/
or dotes. ſ. impaſſibilitas: claritas: ſubti/
litas: et agilitas. De ꝗbus dicit Aplꝰs
in epiſtola ad Coꝝ. Seminaṫ in corru/
ptione: ſurget in incorruptione. ſ. ꝗ̃tum
ad impaſſibilatem. Seminaṫ in ignobi/
litate: ſurget in gloria. ſ. ꝗ̃tum ad clarita
tem. Seminaṫ in ifirmitate: ſurget ĩ vir/
tute. ſ. ꝗ̃tum ad ſubtilitatẽ ꝑ quam pote
rit eſſe cum corpe non glorioſo. Effectus
ſiꝗdem dimenſionis eſt loci repletio. po/
teſt aũt eſſe cauſa ſine ſuo effectu ſicut ca/
lor ſine calefactiõe. Semiaṫ corpus ani/
male: ſurget ſpũale ꝗ̃tuz. ſ. ad agilitatẽ.

Diſt. l. **N** diſtincti/
one. l. magiſter agit de retri/
butione iniquoꝝ. Ubi ſcien/
De pe/ dum ꝙ tãta erit reproboꝝ miſeria vt ad
nis im/ ipſam euadẽdã vellent nõ eſſe: iuxta illõ
pioꝝ. Apoc. In dieb9 illis q̃rent hoies mor/
tem ⁊ non inuenient: deſiderabunt mori
et fugiet mors ab ipſ. Affligenṫ aũt ma
xime de amiſſione glorie: quam lʒ nõ vi/
deant: cum nõ videant diuinã eſſentiam
nec brõs ipſa fruentes: de ipſa tñ habẽt
noticiam. Nullũ eñ vident damnatũ ꝗ
tenuerit fidem ⁊ bonos mores. Uñ co/
giṫ intellectus coꝝ aſſentire ꝙ vera eſt ſa
cra ſcriptura: ⁊ ꝙ beati habent bona que
eis in ſacra ſcptura ꝓmittunṫ. Et ꝗ̃uis
ex multiplicatione damnatoꝝ augeaṫ pe
na coꝝ: tamẽ intantũ excreſcit in eis inui
dia et odium ꝙ plus eligerent magꝫ tor/
queri cum multꝫ: ꝗ̃ minus cum paucis.
Unde vellent oẽs eſſe damnatos: iuxta
illud Eſa. Tu vulneratꝰ es ſicut ⁊ nos.
Quia tñ ſciunt ꝙ non omẽs damnabun
tur: plus vellent illos ad quos naturali/
ter afficiunṫ dãnatiõe euadere ꝗ̃ alios.

et ideo ille diues damnatus de quo ha/
betur in euangelio: cupiebat fratres ſu/
os damnationẽ euadere. Econtra autẽ
beati in diuina eſſentia in q̃ vident quic/
quid videre volunt: vidẽt penã dãnato/
rum que nec a deo nec beatis eſt ſimpli/
citer volita: vt dicit Sco. ſed ſm quid. ſ.
ꝓpter iuſticiã: inq̃tum. ſ. natura exiſtens
ſub culpa ordinaṫ per penam. quia deus
cui ꝓprium eſt miſereri nec letaṫ in perdi/
tione morientiũ. Unde quaſi dolendo ꝑ
Eſa. dicit: Heu conſolabor de hoſtibus
meis. Quia ꝟo appetitus cuiuſlibet bea
ti eſt cõformis diuine volũtati: ideo non
appetit aliquis actu elicito maiorẽ glori/
am ꝗ̃ habeat: ſed tñ ſm merita. Unde
Linus vult maius bonuz beate virgini
ꝗ̃ ſibi: cum ipſa magis meruerit. Quia
tamen quilibet poſt deum teneṫ plus ſe
diligere ꝗ̃ alium: ideo Linus ⁊ quicũꝗ
alius plus ⁊ intenſius vult ſibi beatitu/
dinem ꝗ̃ beate ꝟgini: et plꝰ de ſua gau/
det: ſicut ꝗlibet plus tenetur fugere in ſe
peccatum mortale ꝗ̃ in quocunꝗ alio.

Et lʒ denarius ſeu diuina eſſentia ſit
omnib9 cõmunis: nõ tñ beatitudo eſſen/
tialis. quia ipſam vnꝰ alio clarius intue/
bitur: corpusꝗ vnꝰ erit clarius alio: ſi/
cut ſtella differt a ſtella in claritate. Qđ
aũt dicit Auguſtinus ꝙ omniũ erit par
gaudium: intelligiṫ extenſiue tñ. quia ꝗ/
libet gaudebit de quolibet ⁊ de omnib9
de quibus alius gaudebit. quia quilibet
vult quod alius vult: non tamen pari af
fectu. Hec Scotꝰ. De multis dubijs
que circa beatitudinez queri poſſent: cau
ſa breuitatis ſupſedeo. Siꝗdem vtilius
eſt ad ipſam obtinendã laborare: ꝗ̃ va/
ria dubia circa ipſam curioſe diſcutere.
Quam nobis concedere dignetur domi
nus Jeſus qui ſuis fidelib9 ſuo precioſo
ſanguine ipſam acꝗſiuit. Amen.

Finit quartus ſniaꝝ Mgri Nico/
lai Dorbelli de obſeruantia Minoꝝ.

De terminis theologicis.

Declaratiões

quorundã terminorũ theologicaliũ ſm doctrinã illuminati doctoris hic incipiũt.

De diuinis nominibus.

Tnouiter ad facultatẽ theologicaʒ accedẽtes claram habeãt notiaã de nominibꝫ que de deo dicunt̃: idcirco pro eoruʒ faciliori declaratione hec ſunt tractanda. Primo enim tractabitur de diuinis nominibus. Scḋo de eorũ ſufficienti diuiſione. Tercio de eoꝝ ſignificatione. Quarto de ipſorũ terminoꝝ modo ſupponendi. Quinto de eoꝝ ſyllogizatione. Quantũ ad primũ eſt primo ſciendũ de diuiſione nominũ. ꝛ ideo notandũ eſt ꝙ diuinorũ nominum quedã ſunt ꝓpria ꝛ quedã tranſlatiua ſiue per ſimilitudinẽ dicta. exemplum primi vt deus trinitas. exemplũ ſcḋi vt lux candor: ꝛ ſimilia. Nominũ vero quedam dicunt̃ de deo ſub rõne ꝓpria accepta: ꝛ quedã dicunt̃ de deo ad creaturas ꝛ illoꝝ triplex reperitur differentia. nam quedã dicunt̃ ad creaturas de poſſibili: vt cauſatiuũ: gubernatiuũ ꝛ ſimilia. Quedam vero in ordine ad ipſam creaturam per aliqḋ opus: vt homo mortalis: que deo competũt per cõicationẽ idiomatuʒ. Quedã vero in ordine ad creaturas generaliter reſpectu actualitatis exiſtẽtie eorum vt ſunt deus: refugiũ creator: ꝛ ſimilia. Nominũ vero que de deo dicunt̃ ſub ꝓpria ratione: quadruplex reperitur differentia. Nã quedã ſunt eſſentialia: ꝛ quedã perſonalia: quedã notionalia. Eſſentialia ſunt vt trinitas deitas ꝛ ſimilia. Notionalia ſunt vt innaſcibilitas: paternitas ꝛ ſimilia. Perſonalia ſunt in duplici differentia: nam quedam eorum ſunt cõmunia aliqua ꝓpria. Cõmunia ſunt que de omnibus perſonis in plurali ꝛ de quolibet eorum in ſingulari dicuntur. vt perſona: ſuppoſitum: hypoſtaſis ꝛ ſimilia. Quedã vero ſunt que non dicuntur de omnibus perſonis ſed tantũ de duabus vt ſpirator: qḋ preciſe competit patri ꝛ filio in diuinis: quoniã ambo ſpirant ſpiritũſanctum. ꝛ iſte terminus ſpiritusſctũs procedens tm̃ competit ſpirituiſancto. Nota ꝙ hoc nomẽ ſpirator competit patri ꝛ filio nõ tamen vt duo principia: ſed vt vnum principium. quoniã pater ꝛ filius concurrunt ſimul ad proceſſioneʒ ſpiritusſancti non tamen vt duo principia ſʒ vt vnum. nec obſtat ꝙ ſint due perſone realiter diſtincte: ideo hec eſt catholica pater ꝛ filius ſunt ſpiratores ſpiritusſancti. ꝛ tamen hec heretica pater ꝛ filius ſunt ſpiratiões ſpiritusſancti. eo quia ſpirationes in numero plurali dicunt principia diſtincta in diuinis: qḋ eſt hereticum in diuinis. Nomina vero ꝑſonalia ſunt pater ꝛ filius ꝛ ſpiritusſanctus ſiue donum. Nomina vero eſſentialia ſunt in triplici differentia. Nam quedam ſunt per modum ſubſtantie vt deus eſſentia: ſubſtantia: ens: ꝛ ſimilia. Quedam per modum ꝙ̃titatis vt imenſus: eternus: ꝛ ſimilia. ꝛ ſic apparet ꝙ quattuordecim ſunt mẽbra predictorum nominum. nam tranſlatiua capiunt vnum mẽbrum. ea vero que dicuntur in ordine ad creaturas capiũt tria ꝛ ſic ſunt quattuor: ꝛ ille que competunt deo in ſe capiunt quattuor. ꝛ ſic ſunt octo illa ꝓ ꝙ eſſentialia capiũt tria. ꝛ ſic ſũt vndecim. Silr̃ perſonalia capiunt tria: ꝛ ſic ſunt quattuordecim. Sic ergo patet primũ puta general̃ diuiſio nominũ diuinoꝝ.

Quantũ ad ſcḋm de eorũ ſufficienti diuiſione eſt notandũ ꝙ notiones ſunt quinqꝫ ſcʒ. paternitas: innaſcibilitas: filiatio: cõmunis ſpiratio ꝛ ꝓceſſio. Due prime ſcʒ paternitas ꝛ innaſcibilitas ſunt patris non filij. tertia filij. quarta patris ꝛ filij. quinta eſt ſpiritusſancti. Unde notanduʒ ꝙ tres ſunt ꝓprietates ꝑſonales ꝓprie loquendo: paternitas: filiatio ꝛ proceſſio vel ſpiratio. quia perſonalis ꝓprietas dicitur que vni ſoli conuenit: imo eam ab omni alio diſtinguit ꝛ hoc realiter. Relationes ſunt quattuor,

De diuinoꝝ terminoꝝ ſignificatōne

Prima eſt patris ad filiū ſcʒ paternitas ſecūda eſt filij ad patrem ſcʒ filiatio. tertia eſt patris ⁊ filij ad ſpiritūſanctū ſcʒ cōmunis ſpiratio: quarta ſpūſſancti ad patrem ⁊ filiū ſcʒ ꝓceſſio. Unde nota ꝙ oīs relatio eſt notio: non autē ecōuerſo. Nam iſta notio innaſcibilitas que patri conuenit non dicitur ad aliquid eo ꝙ pater eſt a nullo: ideo iſta talis notio nō dicitur relatio. Scd̄o notandū eſt ꝙ notiones habent multa nomina. Dicuntur enim notiones eo quia ꝑſonas notificant. Dicūtur ſecūdo diſtinctiones: quia ꝑſonas diſtinguunt. Dicuntur etiam tertio relationes eo. quia perſone ad inuicē referuntur Dicuntur etiam quarto ꝓprietates eo qꝛ ſunt ꝓprie perſonis quibus inſunt. Unde nota ꝙ ꝓprietas: notio ⁊ relatio differunt quoniā ꝓprietas dicitur inquātum cōuenit vni ſoli. Notio autem dicitur inquātū eſt principiū cognoſcendi. Relatio aūt inquātum dicit habitudinem ad alterum. Quarum notionū ſic ſufficientia poteſt haberi. Nam omnis perſona diuina aut eſt deus: aut deus de deo. Et hoc dupliciter. quia vel naſcendo ⁊ ſic eſt naſcibilitas vel filiatio: aut ꝓcedendo: ⁊ ſic eſt ꝓceſſio vel ſpiratio paſſiua. Aut deꝰ a quo eſt deus: ⁊ hoc dupliciter: aut per generationem ⁊ ſic eſt paternitas. aut per ſpirationem: ⁊ ſic eſt ſpiratio actiua. His itaqȝ viſis ⁊ premiſſis notande ſunt alique regule notionū Quarū Prima talis eſt ꝙ nulla notio de alia predicatur affirmatiue. Hec enim eſt falſa: paternitas eſt filiatio. Scd̄a regl'a ē ꝙ q̄lʒ notio ē illa ꝑſōa cuiꝰ ē notio ſiue ꝑſona. nā hec eſt vera: pr̄ eſt paternitas: ⁊ ecōuerſo. ſil'r filiꝰ ē filiatio. Tertia regula eſt ꝙ quelibet notio eſt idem cum eſſentia diuina. hec eñ eſt vera: Paternitas eſt eſſentia diuina. ſimiliter filiatio eſt eſſentia diuina. ⁊ ſic de alijs Quarta regula eſt ꝙ omnes notiōes ſūt vna eſſentia. Quinta regula eſt ꝙ omēs notiones ſumpte abſtractiue predicant̄ de eſſentia. Unde bene dicitur eſſentia diuina eſt paternitas: ſed concretiue ſumpte non. nam non bene ſequitur eſſentia diuina non generat. ⁊ ſic de alijs. Sexta regula eſt ꝙ omnis notio iportat diuerſitatem. Septima regula eſt ꝙ non quicquid dicitur de notione dicitur de perſona: quia aliquid dicitur ſeu conuenit notioni quod non conuenit perſone. Notioni eni ꝯuenit ꝓprie diſtinguere ſed ꝑſone diſtinguūtur: ⁊ ſic patet de eorū ſufficientia ⁊ diſtinctione. Unde notandum eſt pro declaratione quinte regule ꝙ abſtracta iſtorum nominum ſcʒ paternitas filiatio ⁊ proceſſio ſunt duplicia: quedam enim ſunt cum quibus conueniunt in ꝑncipio ⁊ differunt in fine: vt de hoc nomine paternitas predicatur pater. de filiatione filius ⁊c̄. ⁊ de iſtis non intelligitur regula. Alia ſunt concreta iſtarum notionum ſcʒ verba eis correſpondētia vel eorū noīa verbalia. vt de h̄ noīe ꝓceſſio: ſpirari: ⁊ de iſtis r'la intelligit̄. Et h̄ de ſcd̄o

Q Uantū ad tertiū ſunt notande nouem regule: quarum prima eſt ꝙ omnia nomia tranſlatiua dicunt̄ equaliter ⁊ ſimpliciter de eſſentia ⁊ perſonis niſi ſumantur a proprietate. nam omnes tres ſunt vna lux ⁊ nō tres luces: ⁊ ſic de alijs. Secunda regula eſt ꝙ nomina dicta de deo in ordine ad creaturas generaliter ſiue de poſſibili ſiue de ineſſe quiditatiue creaturarum dicuntur aliqua et ſingula de eſſentia ⁊ perſonis. vt tres ſūt vnus deus: gubernator: dominus. creator ⁊ huiuſmodi. Tertia regula eſt ꝙ nomina dicta de deo in ordine ad creaturā per reſtaurationis exercitum: de vno ſolo ſuppoſito dicuntur. vt dicendo filius eſt homo. Quarta regula eſt ꝙ nomina numeralia non dicuntur de aliqua perſona per ſe ſed de omnibus ſimul et de eſſentia per ſe: vt tres perſone ſunt trinitas: ⁊ non perſona eſt trinitas. Quinta regula eſt ꝙ nomina notionalia minime de eſſentia diuina predicantur: vt generat ſpirat generatur ſpiratur. Sexta regula eſt ꝙ nomina perſonalia ꝓprie non predicātur de omnibus perſonis nec de ſe inuicem niſi de duabus ſcʒ innaſcibilitas ⁊ actiua ſpiratio. dicuntur tamen de diuina eſſentia licet tamen non verba eis correſpondentia. Septima regula eſt ꝙ nomina perſonalia que equaliter perſo-

nam reſpiciunt equaliter predicantur de perſonis pluraliter ⁊ nõ ſingulariter. licet bene de vnaquaqꝫ ſingulariter: vt pater ⁊ filius ſunt perſone nõ perſona: ⁊ ſimiliter quilibet eorum eſt perſona. Octaua regula eſt ꝙ nomina perſonalia que non omnes perſonas reſpiciunt predicantur bene de duabus ſimpliciter: ⁊ pro qualibet ipſarum ſingulariter ⁊ nullo modo pluraliter. vt pater ⁊ filius ſunt ſpirator ⁊ non ſpiratores. Nona regula eſt ꝙ nomina eſſentialia ſiue per modum ſubſtantie ſiue per modum quantitatis ſiue per modum qualitatis dicũtur tantũmodo de omnibus perſonis ſingulariter vt eſſentia vel ſubſtantia. vt pater ⁊ filius ſũt eſſentia vel deus. Exemplũ de quantitate: vt pater ⁊ filius ⁊ ſpũſſanctus ſunt immenſus vel eternus. Exemplum de qualitate: vt pater ⁊ filius ⁊ ſpiritusſanctus ſunt bonus iuſtus vel fortis ⁊ ſimilia. ⁊ ſic patet ſcḋm ꝗliter noĩa ſignificãt.

Nunc autẽ

circa quartum eſt notandũ ſcꝫ de ipſoꝝ terminorũ ſuppoſitione pro cuius declaratione ponunt ſeptem regule: quarum prima talis eſt ꝙ nomina trãſlatiua indifferẽter ſupponũt pro eſſentia ⁊ pro perſonis. vt patet de iſto nomine lumen de quo habef in ſymbolo. lumen de lumine. conſtat ꝙ ibi nõ ſupponit pro eſſentia. Secũda regula eſt ꝙ nomina que dicuntur de deo in ordine ad creaturas cõnotantia poſſibilitatẽ actualitatẽ in creaturis: indifferenter ſupponunt pro eſſentia ⁊ perſonis: vt creare ⁊ his ſimilia. Tertia regula eſt ꝙ nomina que de deo dicuntur ſpecialiter in ordine ad creaturas per opus reſtaurationis ſupponunt pro filio dei: vt mortalis imortalis. Unde nota ꝙ hec regula cãtat ꝙ oĩa nomina dicta de deo per cõicationẽ idiomatũ ſupponũt ſolum ꝑ ſecũda pſona in trinitate ſcꝫ ꝑ filio: vt cum dicit mortalis ſanctus: crucifixus: flagellatus ⁊ his ſimilia. Quarta regula eſt ꝙ nomina numeralia ꝑ nulla perſona ſupponũt licꝫ qñqꝫ ꝑ pſonis vt ibi. ſcꝫ tres ſunt qui teſtimoniũ dant in celo: pater: verbũ ⁊ ſpũſſanctus. Quinta regula eſt ꝙ nomina notionalia ſemꝑ ſupponũt ꝑ perſonis ⁊ ſimiliter ꝑ perſona ⁊ non ꝑ eſſentia: maxime quãdo ſubijciũtur reſpectu verbi denotãtis diſtinctionẽ ad intra. Sexta regula ꝙ oĩa nomĩa eſſentialia ↄcretiue ſumpta indifferenter ſupponũt pro eſſentia ⁊ pſona: vt dicendo deus imenſus eternus ⁊c. Septima regula eſt ꝙ nomĩa eſſentialia abſtractiue ſumpta ſupponũt tñ pro eſſentia vt deitas ⁊c. ⁊ ſic patꝫ quartũ vicꝫ ꝑ quibꝫ terminis ſupponũt in diuinis.

Quantũ ad

quintũ ⁊ vltimũ de coꝝ ſyllogizatione ꝑmo pono aliquas regulas quarũ prima talis eſt ⁊ eſt comunis: ꝙ ad debite ſyllogizandum ex propoſitionibus vniuerſalibus requiritur ꝙ huiuſmodi propoſitiones vniuerſales ſint regulate per dici de omni qḋ eſt. vel de nullo qḋ non eſt: hoc eſt dictu ꝙ nihil ſumere ſub ſubiecto de quo nõ dicatur predicatum: ſi eſt affirmatiua mediãte termino relationis. ſcꝫ ly quid. Si autem eſt negatiua: ꝙ nihil ſumatur ſub ſubiecto a quo non remoueatur predicatum ⁊c. Unde notanter dixi ꝙ ſyllogiſmus in diuinis regulatur per dici de oĩ qḋ eſt. vel dici de nullo qḋ non eſt: quia licꝫ hoc teneatur in inferioribus ſiue in creaturis: non tamen in diuinis. nam nõ valet. Omnis eſſentia diuina eſt pater: filius eſt eſſentia diuina: ergo filius eſt pater. Premiſſe ſunt vere. quia regulantur per dici de omni: licet concluſio ſit heretica. Similiter nõ ſequitur: nulla eſſentia diuina eſt generans: pater eſt eſſentia diuina. ergo pater nõ eſt generans: ↄcluſio eſt heretica: ⁊ tamen ꝑmiſſe ſunt vere Sic ꝗ eſt ſyllogizãdũ in diuinis. ſ. oẽ qḋ eſt eſſentia diuiã eſt pr̃. filius eſt eſſentia diuina. ꝗ fili⁹ eſt pr̃. mõ argumentũ eſt regulatũ ⁊ tñ ↄcluſio eſt falſa: q: maior eſt falſa ⁊ minor vera. q: de filio dei verũ eſt dicere ꝙ ẽ eſſẽtia diuia: ⁊ tñ fili⁹ nõ eſt pr̃ Siĺr põt argui ꝺ ſpũſcõ. Siĺr nihil qḋ eſt eſſẽtia diuia ẽ generãs. pr̃ ẽ eſſẽtia diuia

ergo pater non eſt generans. Argumentum ē regulatum ꝛ maior eſt falſa. ergo ꝛ pclo ꝑ pſequēs. Pro q̄ notandū ꝙ magna eſt differentia inter iſtas ꝓpoſitiōes ſcꝫ ois eſſentia diuina eſt pater: ꝛ omne qđ eſt eſſentia diuina eſt pater: nam pīa exiſtente vera. ſcđa erit falſa. Prima enim ſignat ꝙ de quocūqꝫ dicitur iſte terminꝰ eſſentia eſt verificabilis iſte terminus: et hoc eſt verum. nam eſſentia diuina non eſt niſi vna deitas ꝛ vna eſſentia que eſt pater ꝛ filius ꝛ ſpūſſanctus. Secūda vo ſignat ꝙ de quacūqꝫ re verum eſt dicere hoc eſt eſſentia diuina: de ipa verum eſt dicere ꝙ eſt pater ꝛ hoc eſt falſū. Similr eſt differentia inter iſtas ꝓpoſitiones. ſcꝫ nulla eſſentia diuina generat: ꝛ nihil qđ eſt eſſentia diuina generat: nam pma exiſtente vera ſecunda eſt falſa. Prima enim ſignat ꝙ de quacūqꝫ eſſentia diuina dicatur: eſt verificabilis iſte terminus eſſentia diuina. dicendo ſi hoc eſt eſſentia diuina ſemper demonſtrando eſſentiam diuinam ꝙ ab ea remoueatur generare. patet ꝛ hoc eſt verum. nam eſſentia diuina nec generat nec generatur: nec ſpirat nec ſpiratur: quia actiones ſunt ſuppoſitorum ſimul ꝛ paſſiones ꝛ non eſſentie. Nam pater eſt generans: filius vero genitus: ꝛ ſpiritusſanctus a duobus ſpiratus. ſcꝫ a patre ꝛ filio. Secūda vero ſignat ꝙ de quacūqꝫ ſignat vel verificatur eſſentia diuina: ab ipa remoueatur generare: ꝛ hoc eſt falſum: nam licet habeat verum de filio ꝛ ſpiritusſancto: non tamen habet verum de patre in diuinis. Ex iſtis patꝫ ꝙ iſta forma arguendi non valet cōmuniter in diuinis. ſcꝫ omnis pſona in diuinis preter ſpiritūſanctū eſt ſpirans: filius eſt perſona in diuinis: ergo filius i diuinis preter ſpūſſctm̄ eſt ſpirās. ꝛ ideo argumētū nō valet eo: q: non regulat per dici de omni qđ eſt. Scđa regula eſt valde notāda ꝙ ſcꝫ ſyllogiſmi expoſitorij nō tenent in diuinis terminis. nec valent niſi tales ꝓpoſitiones ſingulares ſint reducibiles ad vniuerſales ſubiecto circūlocuto p ly quod eſt. Et ideo non ſequitur. hec eſſentia diuina eſt pater. Hec eſſentia diuina eſt filius. Ergo filius eſt pater. Ex quo iſta eſt falſa. Omne quod eſt eſſentia diuina eſt pater. Hoc patet ex dictis ad quam propoſitionem vniuerſalē debet reduci maior huius ſyllogiſmi. ſimile eni iudiciū habet de alijs. Tertia regula eſt iſta ꝙ ad hoc ꝙ ꝓpoſitiōes ſingulares ſint debite ordinate: requirit ꝙ debitus medius terminus non variet ſuppoſitionē ſed vniformiter teneatur. et ſi aliter fiat: nō valet argumentum. vt ſi arguatur ſic. Omis homo eſt ſpecies. michael eſt homo. ergo michael eſt ſpecies. Cōſtat eni ꝙ variatur ſuppoſitio medij. ſ. a ſuppoſitione ſimplici ad ſuppoſitionē perſonalem. et ideo cōmittitur fallacia equiuocationis penes tertium modū. Nam in prima ly homo ſtat ſimpliciter. in ſecunda vo perſonaliter. Unde notandum eſt ꝙ ſicut triplex eſt ſuppoſitio in terminis logicalibꝫ. ſcꝫ materialis. ſimplex. et pſonalis: ita triplex eſt ſuppoſitio in termis diuinis. ſcꝫ eſſentialis. perſonalis. et notionalis: qua variantur [illegible] do propoſitiones ſyllogi[illegible] co modo quo in terminis logicorum. Notandum tamē ꝙ nomina que de deo dicuntur aliqua ſunt eſſentialia: aliqua vo pſonalia: aliqua notionalia: aliqua cōmunia Nomia [illegible] pria eſſe[illegible] diuia diſtingueret a perſo[illegible] pſa [illegible] cerent de eſſentia ꝙ non dicerent de [illegible]nis. Et iſtorum qdam ſunt ſubſtanti[illegible] vt eſſentia: deitas: et his ſimilia. Ali[illegible] vo accidētalia vt cōmunicabile: incōmunicabile: et his ſimilia. et aliqua numeralia: vt trinitas. Nomia vo pſonalia ſunt que dicto caſu retento. ſ. ꝙ eſſentia diſtingueretur a pſonis quod eſt impoſſibile: dicerentur de pſonis ꝙ dicerent de eſſentia: cuiuſmodi ſunt iſta. ſcꝫ perſona: ſuppoſitum: hypoſtaſis: pater: filius: et ſpiritusſanctus. Et iſtorum quedam dicuntur de omnibus pſonis: vt perſona: ſuppoſitum ꝛ hypoſtaſis: filiꝰ ꝛ ſpiritusſanctus. Quedam vo de vno tm̄: vt pater de patre: filius de filio: ꝛ ſpiritusſanctus de ſpiritusſancto. et iſtorum abſtracta dicuntur proprietates perſonales: cuiuſmodi ſunt paternitas: filiatio: ſpiratio

paſſiua: ⁊ his ſimilia. Nomina notiona
lia dicuntur perſonarum diſtinctiua in-
ter ſe vt generās ſpirās ꝓcedens et coꝝ
verbalia vt generatio: ſpiratio: proceſſio:
que etiam dicuntur relatiua. ⁊ quedam
iſtorum dicuntur notiones vnius perſo
ne tantū vt generat actiue eſt notio ⁊ pro
prietas patris. generari filij. ſpirari vel ꝓ
duci: ſpiritusſancti. Dicitur autem notio
a noſco noſcis noſcere: quia per oīa no-
tionalia vna ꝑſona diſtinguitur ab alia
⁊ cōſtituitur diſtincta ab alia. vt per hoc
nomen generans conſtituitur ⁊ noſcitur
perſona patris: ⁊ ꝑ hoc nomē genitus cō
ſtituitur ⁊ noſcitur perſona filij: ⁊ ꝑ iſtud
nomen procedens noſcitur diſtincte per-
ſona ſpiritusſancti a patre et filio. et per
iſtud nomen ſpirans noſcuntur diſtincte
perſone patris ⁊ filij a perſona ſpiritusſā
cti. Nomina cōmunia ſunt que predicto
caſu retento licet impoſſibile ſit ꝙ eſſen-
tia diſtingueret a perſonis dicunt taꝫ de
ꝑſona ꝙ̄ de [illegible] cuiuſmodi ſunt ens
res: entitas [illegible] his ſimilia: et
iſta adiectiua oīpotēs: et[illegible]us: imenſus
⁊ huiuſmodi. Dubium eſt vtrum ali-
qua predictorum nominū ſint inter eſſen
tialia computanda: Sed pro ſolutione
[illegible] propo-
ſitione[illegible] ꝙ nullū
[illegible]onale ꝓꝓrium vni perſone
[illegible] duabus perſonis verificatur de ali-
[illegible] nomine eſſentiali proprie. nam hec
[illegible]alſa videlicet eſſentia generat: ſimili-
ter deitas generat: ⁊ ſic de alijs. Naꝫ no
men notionale eſt relatiuum. Relatio au
tem in diuinis reſpicit perſonas. eſſentia
le non refert. vt ſic ⁊ vt ſic non reſpicit per
ſonas: ⁊ iſta videtur eſſe intentio magi-
ſtri. lib. j. diſtin. iiij. Hec tamen eſt ve-
ra diuinitas eſt generatio. Secūda ꝓ
poſitio eſt ꝙ nomina numeralia non veri
ficantur de aliqua perſona in numero ſin
gulari ſumpta. Probatur ſic. Nam hec
eſt falſa: pater eſt trinus. ſimiliter iſta: pa-
ter ē vel filiꝰ eſt trinitas. Similiter iſta:
Suppoſituꝫ eſt trinitas: vel Perſona eſt
trinitas Ergo hec propoſitio vera. vnde
notanter dicit in numero ſingulari. quo-
niam in plurali bene poſſunt. Unde he-
ne dicitur pater ⁊ filius ⁊ ſpūſſanctus ſūt
tria ſuppoſita vel trinitas. Tertia ꝓpoſi-
tio eſt nomina ſubſtantiua eſſentialia ve-
rificantur de quolibet nomine perſonali
⁊ eius ꝓprietate. Hoc patꝫ: nam iſte ſunt
vere pater eſt eſſentia. paternitas eſt eſſen
tia: ⁊ filius eſt deitas. ſpiritusſanctus eſt
deitas. ergo talis ꝓpoſitio vera. Quarta
ꝓpoſitio eſt ꝙ nomīa eſſentialia adiecti-
ua dicuntur vere de eſſentia ⁊ non de ali
qua perſona vel nomine perſonali. patet
hoc. Nam hec eſt vera: Eſſentia dei eſt
cōmunicabilis: ⁊ non iſta pater eſt com-
municabilis. Unde nota ꝙ eſſentia ī cō-
municabile ⁊ non eſſentia cōmunicabile
in diuinis in ſenſu in quo theologi conce
dunt: nō ſunt aliquo modo predicata cō
traria: quia dicūtur in habitudine vel re-
ſpectu diuerſorum: reſpectū eſſentie ⁊ re-
ſpectu perſonarum: tamen eadē eſſentia
eſt cōmunicabilis tribus perſonis. quia
ſic competit perſone patris ꝙ non compe
tit alteri perſone. Quinta ꝓpoſitio ꝙ iſta
nomina innaſcibilitas: ingenitas ⁊ ſimi-
lia non ſunt proprie notiones alicui. patꝫ
nam dicuntur de eſſentia. Sexta ꝓpoſi-
tio eſt ꝙ nomina eſſentialia dicuntur ve
re de omnibus perſonis vel nominibus
cōmunibus. vt dicēdo deus eſt trinitas.
Septima ꝓpoſitio eſt ꝙ nomen perſona
le aliquando eſt nomen hypoſtaſis ⁊ ali-
quādo eſt nomen a ꝓprietate. Primo enī
modo pater dicit perſonam que habet fi
lium. Secūdo modo pater dicit filiū ge-
nerare. primo enim modo nomen perſo-
nale predicatur de eſſentia: ſed non ſecū-
do modo. Et ideo propoſitio poteſt ſic
formari. ſcꝫ ſi nomen perſonale ſit nomē
a ꝓprietate non poteſt predicari de nomi
ne eſſentiali. Unde hec eſt falſa eſſentia
eſt pater. Nam pater ſupponit ꝓprietatē.
tamen prout pater dicit perſonam que
habet filium: iſta eſt vera eſſentia eſt pa-
ter. Octaua ꝓpoſitio eſt ꝙ iſta nomina ꝑ
ſonalia verificātur de nominibus cōmu-
nibus ⁊ econuerſo. Unde hec eſt vera ali
qua res eſt pater: pater eſt res: filius eſt
ens. ⁊ his ſimilia. Nona regula ſiue pro-
poſitio eſt ꝙ nomina perſonalia notio-
nalia eſſentialia ſiue cōmunia poſſunt de

ſe inuicē p̄dicari ↄuertibiliter predicatione identica licȝ nō formali. hoc patet. nam iſte ſunt vere p̄dicationes videlȝ. pater eſt idem qō filius: ꝛ filius eſt idem qō pater Nam iſta eſt falſa: pater eſt filius. ꝛ ſic de alijs. Ex quo infero ꝙ iſta ↄſequentia nō eſt formalis. ſcȝ a. eſt idem ꝙ b. ergo a. eſt b. Nec ſequitur pater eſt id vel idem qō filius. ergo pater eſt filius. hoc patet: nā ly id vel idem denotat eſſentiaȝ ꝛc. Decima ꝓpoſitio eſt iſta ꝙ omne nomen pure eſſentiale predicatur de quolibet perſonali ꝛ de omnibus in ſimul in ſingulari ꝛ non in plurali vt dicendo pater eſt eſſentia: filius eſt eſſentia: ſpūſſanctus eſt eſſētia. ꝛ hi tres ſunt vna eſſentia ꝛ vna deitas: ꝛ non tres eſſentie. Undecima ꝓpoſitio eſt ꝙ nomina ſubſtantialia dicuntur de omnibꝫ ſuppoſitis ſimul ſumptis ſingulariter ꝛ non pluraliter: vt dicēdo tres perſone ſunt vna res: vel plures perſone ſūt vnū ens: vnū ſcȝ referēdo ad eſſentiā ꝛ ly tres ad perſonas. Duodecima ꝓpoſitio eſt ꝙ nomina cōmunia adiectiua dicuntur de quolibet nomine. ꝛ de quolibꝫ ſingulariter ꝛ non pluraliter: vt dicendo pater eſt vnus deus: filius eſt vnus deꝰ ſpiritusſanctus eſt vnus deus. Et pater ꝛ ſpiritusſanctus ſunt vnus deus ꝛ non [illegible]. Similiter pater eternus. filius eſt eternus. ſpiritusſanctus eſt eternus. ꝛ hi tres ſunt vnus eternus. Unus immenſus: vnus omnipotens ꝛ non tres omnipotes: nec tres eterni: nec tres immenſi: Notandum autem pro declaratione nome regule ſeu propoſitionis ꝙ predicatio in diuinis eſt duplex. Nam quedā eſt idētica: alia vero formalis vel perſonalis. Predicatio identica eſt quando ſubiectū ꝛ predicatum ſupponunt pro eadem re. id eſt eſſentia. ꝛ tunc nomina notionalia perſonalia eſſentialia de ſe inuicem predicantur ꝛ conuertibiliter. vt dicēdo pater eſt idem qō filius. ꝛ filius eſt idem qō pater. generare eſt idem qō generari ꝛ econuerſo. ꝛ ſic de alijs. Predicatio vero formalis vel perſonalis eſt quando ſubiectum vel predicatum ſupponunt pro eadem re ꝛ ſub propria ratione formali. vel quando ſubiectum ꝛ predicatum ſupponunt pro perſona. vt hic pater eſt filius. ꝛ de tali predicatione non intelligitur regula. ſed ꝙ nomina notionalia perſonalia ꝛ eſſentialia de ſe inuicem predicantur cōuertibiliter: quia male dicitur pater eſt filius: nec filius eſt pater. ꝛ ſic de alijs. Tamen nota ꝙ iſta propoſitio ſcȝ pater eſt filius cum alicui proponitur poteſt diſtingui. quia vel ſubiectum ꝛ predicatuȝ ſupponunt pro eſſentia ꝛ ſic eſt vera. Nam ſenſus eſt ꝙ filius eſt eadē res q̄ pater. ꝛ pater eadem res que filius. ꝛ hoc veꝝ eſt nam eſſentia diuina eſt in omnibus vna. Si autem ſubiectum ꝛ predicatum ſupponant pro perſona: ſic talis propoſitio eſt falſa: vel tales propoſitiones ſunt falſe. Nam tunc eſt ſenſus ꝙ perſona que eſt pater eſt perſona que eſt filius: ꝛ ſicut de iſta dicitur hōc modo poteſt dici de omnibus ſimilibus in quibus eſt p̄dicatio formalis vel perſonalis.

Et ſic eſt finis huius breuis tractatus.

Compendium perutile quattuor librorum ſententiarum Magiſtri Nicolai dorbelli ſacre theologie profeſſoris Ordinis Minorum fratrum de obſeruantia ſm doctrinam doctoris ſubtilis Impreſſum opera induſtrij Henrici Gran in oppido Imperiali Hagenaw ibidem ciuis. Expenſis autem honeſti ꝛ prouidi viri Johannis Rynman de Oringaw Finit feliciter. Anno gratie. M. d. iij. In vigilia conuerſionis Pauli Legati Jeſu chriſti filij dei viui humanati.

Sequitur Tabula huius quarti libri ſententiarum.

Abbas ſciēs peccatū monachi ſui p cōfeſſionē qd facere? diſt.xxi.q.iii.§.ii
Abbas poteſt concedere religioſo licentiā retinendi ad vſum ſuū. diſt.xxxviii q.i §.xxi.
Abſolutio qd ſit.xviii.q.ii.§.ii.
Abſolutio debet fieri a ſacerdote.ibidē.
Abſolutio a caſibꝫ de iure reſeruatiſ: vtrū vicꝫ ab ipſis poſſint abſoluere priuilegiati. xv.diſt.q.ii.§.ii.
Abſolutio ab excōicatiōe.xviii.q.viii.§.i
Abſoluere pōt Epīs ab oī cēſura: niſi cōditor ꝗ ſibi reſeruauerit xviii.q.viii.§.i
Abſolutio ꝓprii ſacerdotis qd ſit.ibidē
Abſolutio incurrentiſ ſniam excō.in vna dioceſi ꝛ tn̄ moraī in alia.
Abſolutio legati poſtq̄ exiuerit terminos ſue legatiōis.viii.q.viii.§.iii.
Abſolutio Epī facta extra dioceſim ſuā in foro cōtentioſo:tenet.ibidem.
Abſolutio officialis epī excōicati vtrum valeat.xviii.q.viii.§.iiii.
Abſolutio archiepī in illum quē excōicauit epūs vtrū teneat maxime in caſu cōceſſo.xviii.q.viii.§.v.
Abſolutio epī a ſnia quā tulit archiē. vel ꝑ lebanus ſuus an teneat.ibidem.
Abſolutio illiꝰ quē ꝺ iure ñ poteras abſoluere: ꝛ de facto feciſti.ibidē.§.vi.
Abſolutio facta ꝛ data ex cauſa falſa:nō tenet.xviii.q.viii.§.vii.
Abſolutio inuiti ꝛ nolentis abſolui. ibidē.§.viii
Abſolutio qñ nō tenet foꝛma abſolutiōis.ibidem.§.viii.
Abſolutio abſentiſ ꝑ lr̄as.ibidem.§.ix.
Abſolutiōis ab excōicatiōe modus ꝛ foꝛma.ibidē.§.x.
Abſolutio ab irregularitate ꝛ cēſuriſ eccliaſticis.ibidē.§.xi.
Abſolutio variāda eſt ſm variationē cōfeſſionū.xviii.q.viii.§.xii.
Abſolutio illius qui tenet ſatiſfacere añ abſolutionē. ibidem.
Abſolutio ab excōicatiōe qñ vicꝫ qs dubitat vtrū ſit excōicatꝰ.ibidē.§.xiii.
Abſolutio illiꝰ ꝗ eſt ligatus pluribꝫ ſententijs.ibidem.
Abſolutio reddit illud qđ excōmunicatio tollit.xviii.q.viii.§ xiiii.
Abſolutio iniiciētiſ manꝰ violētas in clericos citra ſedem apoſtolicā.
Abſolutio excōicati i moꝛtiſ articulo ꝛ qd ſit moꝛtiſ articulus.xviii.q.viii.§.xv.
Abſolutio pauperum nō valentiū adire curiam rhomanā.
Abſolutio infirmoꝝ ꝛ ſeruoꝝ excōicatorum xviii q.viii.§.xv.per totū.
Abſoꝰ mulieꝝ excōicataꝝ ꝓpt iniectiōeꝫ.
Abſolutio regulariū eiuſdeꝫ monaſterij: ibidem.§.xv.per totū.
Abſolutio regulariū ꝑcutientiū ſeculares.
Abſolutio regulariū diuerſoꝝ monaſterioꝝ ſe mutuo ꝑcutientiū.
Abſolutiōis cōmiſſio vtrū vicꝫ poſſit cōmitti alteri autoritas abſoluēdi.ibidē.
Abſtinere debꝫ hō aliqñ a cōione corporis chr̄i: aliqñ nō.diſt.ix.q.ii.§.i.
Accidētia ſine ſubiecto ſunt in ſacro altaris.diſt.xii.q.i.per totū.
Accipe vltra ſoꝛtē pōt ꝯtingere quadruplicater.diſt.xv.q.iii.§.i.
Actꝰ ꝯtritiōis pōt eſſe ita intēſus q̄ ꝑ penā ꝛ culpā dimitteret peccatoꝝ.di.xiiii. q.ii.§.xi.
Accipiēs vltra ſoꝛtē rōne pene ꝯuētiōalis aut libere donatiōis aut rōne intereſſe nō tenet ad reſtitutiōeꝫ.di.xv.q iii §.ii
Adultera habens pueꝝ ex adulterio qd debet facere diſt.xv.q.ii §.xxv.
Adulteriū ē ſpēs luxurie adulterij.ꝺ.v.q.i.§.ii
Aduocatꝰ ꝛ aduocatoꝝ materia.di.xlvii
Altariſ ꝯſecratio.ꝺ.xiii.q.i.§ xi. q.ii.§.v
Amētes debēt abſtinere a cōione coꝛporis chr̄i.diſt.ix.q ii.§.ii.
Aīe defūctoꝝ ſiue ſint i paradiſo ſiue i purgatorio ꝛ c.ꝺr.ꝑ nob.xlv.q.iiii.§.i.
Appellatio qñ ꝛ quō debet fieri.di.xviii. q.iii.§.xxiii.circa mediū.
Appellatio excōicati noīatim ꝛ ſpēaliter vel expreſſe.ibidē.circa finē.
Appellatio friuola vel nulla qd eſt.ibidē
Attritio qñ ſit ꝯtritio.di.xiiii.q.ii.§ iiii.
Archiepūs viſitādo pōt audire ꝯfeſſiōes ſuoꝝ ſuffraganeoꝝ.di xvii.q.ii.§.xxiii

Articuli cōdemnati magiſtri Johis. de Polliaco.diſt.xvij.q.j.§.xv.

b Apriſmi diffinitio ſm Magrm. diſt.iij.q.j.§.j.circa mediū.

Baptiſmi forma prout reſpicit (miſtrū. Baptiſmi forma put reſpicit ſacramentū.ibidem§.iij.

Baptiſmi forma ſm eccleſiā gallicanā

Baptiſmi formalia verba poſſunt mutari q̄druplicıter.ibidē.§.iiij.

Baptiſmi formalia v̄ba pn̄t pferri in q̄cunq; idiomate.ibidem.

Baptiſmi forma:qn̄ vią dubitat an aliqs ſit baptizatꝰ.ibidē.§.v.

Baptiſmi forma ſm eccleſiaz p̄mitiuā.ſ. In noie chr̄i.ibidem.§.iiij.

Baptizatꝰ baptiſmo Johis an debeat baptizari baptiſmo chr̄i.ij.q j.§.j.ꝛ.ij

Baptiſmi iſtitutio ꝛ quō tūc obligabat

Baptiſmi pmulgatio.iij.q.iij.§.j.ꝛ.ij.

Baptiſmꝰ euacuauit circūciſioem ꝛ quō (ꝛ qn̄.

Baptizari nō pōt exn̄s in vtero matrꝫ niſi ap.aliq̄ ps.iiij.q.j.§.iij.

Baptiſmus fictoꝝ ꝛ vtrū recipiat grām baptiſmalē.iiij.q.iij.§.j.

Baptizatus inuite an ſit vere baptizatꝰ iiij.q.ij.§.ij.

Baptiſmus furioſoꝝ.ibidem.

Baptizās ꝓpriū filiū quid faciet.xlij.q.j

Baptiſmus iuſtificatoꝝ in vtero (§.ij. ro:vtrum vią iuſtificati debeāt baptizari.iiij.q.iiij.§.j.

Baptiſmꝰ q̄ ad effectū: vtrū vią eq̄liter ſuſcipiat effectū baptiſmi.iiij.q.v.§.j.

Baptiſmꝰ puuli expoſiti: vią qn̄ neſcit an puulus ſit baptizatꝰ:an non.iiij.q. (vj.§.j.

Baptiſmus quo ad paruulos infideliū:an vią inuitꝫ parētib⁹ debeāt baptizari.iiij.q.vij.§.j.

Baptiſmꝰ abſoluit baptizatum a pena. (ibidē.§.iiij.

Baptiſmꝰ poteſt dari a malo miſtro.v.q.j.§.ij.

Baptizans ſolenniter vtꝝ peccet mortaliter.v.q.ij.§.j.

Baptizari nō deberet aliqs ſi baptiſmꝰ chr̄i vergeret in detrimentū vite: vt ſi ꝓpelleret in flumine ex q̄ nō poſſꝫ exire ſine morte.v.q.iiij.§.j.p totum

Baptiſmꝰ:vtrum ſuſcipiēs baptiſmū a malo miniſtro ſcienter:peccet mortaliter.v.q.iij.§.j.ij.ꝛ.iij.

Baptiſmū ſupplet ꝯtritio qn̄ deſideratur ꝛ nō pōt haberi.iiij.q.vij.§.iiij.

Baptiſmi miniſter. vj.q.j.§.ij.p totum.

Baptizatus a multis vtrum ſit baptizatus.vj.q.ij.§.j.

Baptizās ſimul plures. vtꝝ poſſit ſil ꝛ ſemel plures baptizare.vj.q.iij §.j.

Baptiſmus monſtroꝝ.vj.q.iiij.§.j.

Baptiſmus req̄rit q̄ aque iſuſio ꝛ verboꝝ platio ſint ſimul.vj.q.v.§.j.

Baptizantis intentio.vj.q.vj.§.j.

Baptiſmi iteratio. vtrū vią baptiſmus poſſit itari.di.vj.q.vij.§.j.ij.ꝛ.iij.p to.

Beatitudo iuſtoꝝ q̄lis erit in fine ꝛ ī materia.iiij.ix.q.j.§.j.

Bella ꝛ multa q in bellꝰ fiūt ꝛ quō bellatores nō pn̄t aut nō debent ꝓmoueri. xxv.q.ix.p totū.

Bn̄ficiū ꝓ ſe petere vtrū ſit ſimoniacum. xxv.q.ij.§.xix.

Bn̄ficiū ſuſceptū p ſimoniā vtrū debeat reſtitui.xxv.q.ij.§.xxviij.

Bigamus ſiue bigamia q̄d eſt.vtꝝ tales poſſint ꝓmoueri.xxxiij.q.j.§.viij.

Alix videlꝫ qualis ꝛ de quo debꝫ c eſſe.xiij.q.j.§.vj.

Caſus qui pn̄t accidere ī miſſa.iij. q.v.§.j et.ij.

Caſus epales ſunt q̄ttuor de iure ꝛ q̄nq; de ꝯſuetudine.xviij.q.ij.§.iiij.

Caſus ep̄ales nō pōt ꝯcedere officialis niſi ſuper hoc habet mandatum ſpeciāliter.xviij.q ij.§.vij.

Caſus ep̄ales n̄ pōt ꝯcedere ꝯfeſſor aliq̄buis illos caſꝰ p ſe hēat.18.q.ij.§.vj

Caſus in quib⁹ pcutiens clericū nō eſt excōicatus ꝛ circa hoc multoꝝ dubioꝝ elucidatio.xviij.q.v.p totum.

Caſus fortuitus q̄d eſt.xv.q.ij.§.xlij.

Caſus in quibus percutiens clericuꝫ nō mittit ad curiā rōo.xviij.q.viij.§.xvj.

Catheciſmi ꝛ exorciſmi diffinitio ꝛ qō debeat p̄cedere ba.vj.q.viij.§.vj.

Cautio quid eſt.ꝛ q̄d cautiōis noie intelligitur.xv.q ij.§.xxj.in fine.

Celebrationis locus ſacratus ꝛ ſup hoc priuilegium indultum minoribus ꝛ p̄dicatoribus.xiij.q.j.§.iiij.

Tabula Alphabetica

Celebrationis tps debitū.xiiij.q.j.§.xj.cir
Character imp̄mit in bap (ca mediū.
tiſmo.vj.q.vi.§.ij.
Characteris ma.vtrū vicȝ ſit forma ab-
ſoluta vel reſpectiua.vj.q.vi.§.iij.
Character ſolū imprimit in ſacramentis
que nō iterant.ibidem.
Characteris deſcriptio.vj.q.vi.§.ij.
Chorea vtrum ⁊ qn̄ ſit pctm̄ vel licitum
xvj.q.v.§.iij.
Cimiteriū ⁊ eiꝰ cōſecratio.xiiij.q.j.§.x.cir
Circūciſio fuit contra pctm̄ (ca mediū.
originale.j.q.iij.§.ij.
Circūciſionis inſtitutio.ibidem
Circūciſio fiebat in mēbro virili genera-
tioni deſeruiens.ibidem
Circūciſio fiebat die octaua ⁊ q̄re.ibidē.
Circūciſionis diſpenſatio.ibidem.
Circūciſionis myſtica ſignificatio.j.q.iij
Circūciſio fiebat ex cultello lapi (§.iij.
deo et q̄re.ibidem.
Circūciſio delebat pctm̄ mortale i adul-
tis: ⁊ grãȝ cōferebat nō ſolū v̄tute ope
ris opantis.j.q.iij.§.v.
Circūciſioni correſpōdebat aliqd̄ ſenſi-
bile tp̄e legis nature.j.q.iiij.§.ij.
Clauis eccleſie.xviij.q.j.§.j.
Clauiū abuſus ſiue clauiū error. ibidē.§
Clauiū vſus.xviij.q.ij.§.j.p totū. (iij.
Clerici debent dicere horas canonicas.
Clerici q̄ hora vicȝ de- (xxiiij.q.ij.§.j.
bent dicere matutinas.ibidem.
Clerici q̄d d̄bēt facere dū omittūt aliq̄d
in diuio of.cañ.cū aliis.ibidē.§.iij.
Clerici p̄bendati in diuerſis eccleſiis q̄le
officiū dicere debent.ibidem.§.iiij.
